



**Apologetica Ioann. Oecolampadii. : De dignitate Eucharistiae  
sermones duo ; Ad Theobaldum Billicanum quinam in uerbis  
Caenae alienum sensum inferant ; Ad Ecclesiastas Sueuos  
antisyngamma.**

<https://hdl.handle.net/1874/416736>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection**  
**Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>


Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

E oct.


**126**

U.B.U.



54





Theología


Octavo n°. 126.


Universiteitsbibliotheek


Utrecht


Examen tekenen 1891


Eigen hand geschreven


























N. 29. C.

39  
e.

# APOLOGE

TICA IOANN. OECOLAMPADII.

DE DIGNITATE EVCHARISTIAE  
*Sermones duo.*

AD THEOBALDV M BILlicanv  
quinam in uerbis Cenæ alienum  
sensum inferant.

AD ECCLESIASTAS SVEVOS  
*Antisyngamma.*

---

M. D. XXVI.



*Ex dono Buckely*

# АПОКАЛ

СВЯТОГО АПОСТОЛА ПАВЛА ПОСЛАНИЯ КЪ РИМЛЯНОМЪ

СЪ СЛУЖЕНИЕМЪ ПОСЛАНИЯ КЪ РИМЛЯНОМЪ

СЪ СЛУЖЕНИЕМЪ ПОСЛАНИЯ КЪ РИМЛЯНОМЪ

СЪ СЛУЖЕНИЕМЪ ПОСЛАНИЯ КЪ РИМЛЯНОМЪ



# SERMO

APOLOGETICVS DE DIGNITATE  
Eucharistiae, IOAN. Oecolampadio Authore, in die  
S. Thomae, Lecto Euangelio

Ioann. 21.



APE, ET IN PASCHA  
inter Discipulos Domini, in re-  
neutquam contemnda, audi-  
tur disceptatio? Annunciant de-  
cem resurrexisse Christum è mor-  
tuis, obluctatur Thomas. Attole-  
rabilis & utilis erat contentio,  
neq; eam Christus diuturnam esse paßus est, quia neq;  
per fastum, neq; per libidinem agebatur aliquid. Qui  
misericordiam adsequuti erant, morosulum amice fere-  
rebat: contra ille non subscribens, charitatis iacturan  
probe cauebat, acq; discipulis propterea non diuelleba-  
tur. Quid faceret ad hæc Christus Princeps pacis, &  
Deus charitatis? Despiceret virum non pessimi animi,  
licet pertinaciorē negligeret ouem erraticam? minime  
Sed quā antea in cruce redemerat, resurgens quoq; collis-  
git: & cōdonato errore, confessorē sue gloriae facit. Vi-  
nam, quoniam & hodie omnia plena sunt dissidijs, ea-  
dem mansuetudine connueretur, essemusq; minus carna-  
les, non dubito, quin & nostras lites benignus Christus  
breui dirimeret. Neq; enim est, quod de eo queramus:

A ij

## DE DIGNIT. EUCHARISTIAE SERMO

Idē est Christus heri & hodie. Itaq; & nos, si edocti fuērimus à Deo, ne quē despiciamus, facessat superciliū, ualeat philautia, doceantur mansuete rudiores: sī minus acres fuerimus ingenio, et in tenebris adhuc agimus, etiā amſi uarent dogmata, dæciliſ tamē, & pacis renitēs ſit animus, tantū in charitatē ne peccemus. Adſit deſideriū ueritatis nō fidū, nec lōge aberit ueritas, que Christus. Turpe eſt Herodē & Pilatū conuenire propter Christū, condiscipulos aut̄, & eiusdem dei Precones diſfidere: ſi mul pascuntur lupus & agnus, & pugnant inter ſe o- ues? Nunquam, ſi affectibus induſſerimus, uel rixandi ſt̄ nem, uel ueritatis ortum uidebim̄us. Age, quamuis aduersarij nostri modestiam minus feruent, nos tamē pla- cide illis fidei rationē reddamus, maxime ſuper his quae de Eucharistiā obijciunt. Timeo enim ne fortassis puſilla- nimes quidam, audaculis clamoribus uel retrocedant, uel magis reddantur puſillanimes. Præterea, & dies feſtus adpropiat, in quo multos charitatem teſtatuſ ſpe- ro ſacrosanctis ſymbolis. Igitur aliquanto apertius agā, non ſolum ut ſciatis alios nō bene iudicare de nobis, ſed & ut ſe, qui haclenius mysteriorum rationem minus te- nuerint, nunc plenius eruditiri uitam ita instituant, ne aduersarijs detrectandi occaſionem præbeant.

Exordiamur autem ab hiſ, que nobis ex hoc Euange- liō obijciunt, iij quibus ad gloriam Christi non ſufficit, quod in articulis fidei teſtanur iuxta ſcripturas, cor- pus sanctissimum ſedere ad dextram patris, niſi & ſub- ſtantialiter

PRIMVS IOANN.OECOLAMPAD.

stantialiter panem esse adserant. Quando .n. simplicio  
res vulgaribus argumentis eos adgrediuntur & oppo-  
nunt, quod opinio eorum abhorreat à communi sensu,  
& quod aliud pronunciet gustus atq; ipsi tradunt, &  
gustui subscribant oculi, aures, ac alij sensus. Tum illico  
ex hoc Euangelio, dictum Domini promūt, & inquiunt  
scriptum esse: Beati qui non uiderunt & crediderunt,  
atq; sic colligunt: Quamuis sensibus alter uideatur, &  
nihil sentiant corū que hic afferimus, scimus tamen sen-  
sus falli, uerba non fallere: fides eorum est que non ui-  
dentur, hec illi. At nos expendemus quid sibi illa uelint.  
Certum est in hoc Euangelio non fieri mentionem de Sa-  
cramentis, sed confirmari fidem resurrectionis. Quod si  
ita arguere licet, hoc non uidetur, propterea creden-  
dum est: probabimus & bouem in pisa, culicemq; ele-  
phantem esse: & nullum tam prodigiosum mendacium  
futurum est, quod fidem non mereatur, Germana autem  
sententia inde potest sumi. Christus subinde Abrahæ  
& Patriarcharum fidem commendare solebat, & fide-  
les illius filios ac imitatores dicebat, sicut Zacheum &  
eos qui ab Oriente & Occidente ueniunt, & recumbet  
cum Abraham in regno cœlorum. Et iterum Iudeos tan-  
quam adulterinos & degeneres, negabat Abrahæ filios.  
Ita & hic ad illos respicit, quod fidem habuissent resur-  
rectioni, solo uerbo dei admoniti, absq; signo, & proin-  
de Thomas in hoc indignum se gesserit suis parentibus,  
qui nec post factum credidit. Dicit igitur Thomæ: Hoc

## DE DIGNIT. EUCHARISTIAE SERMO

signum te non beat, immo condemnat, uero fideles uerbo credunt. Ultra si contendant esse generale dictum, & etiam suo proposito quadrare, inueniemus nostrae sententiae magis ad stipulari, & suo illos gladio cadere, oportebat. n. primum, uerbo certo esse cōmonstratū, esse panem corpus Christi, & deinde non hæstare rem ita se habere, cōtradicente etiam non solum hominum sed & angelorum intelligentia, at hoc est quod desideratur. Nam dum clamant. Hoc est corpus meū, multa sunt, quæ non permittunt hunc intellectum capi quod panis substancialiter sit corpus, uel in pane sit corpus illud, qd' idem in cœlo. Atq; adeo ex Papistarum scriptis habetur, ex sola Ecclesiæ determinatione hunc sensum capi, & non ex nudis Euangelistarum uerbis, neq; id euincit alij, etiam omnibus artibus & uersutis insubside um accersitis, modo deus non puniat ob peccata sua, à luce se auertentes. Porro, quando non probabitur diuino uerbo presentia corporis, nemo adiget, ut fidem sensum repudiemus. Stultum autem fuerit non adducto uerbo quempiam ad fidem adigere, quomodo enim credent, qui non audierint? Cæterum si adminiculatio uisus & sensus beatitudini fidei derogant, etiam presentia corporis in hoc fragilitatem humanam offendet, eoq; magis quo reconditior, dicit enim. Nisi ego abiiero paraclitus non ueniet: porro fides illa beata, nō est carnis uel sanguinis, sed spiritus sancti, qui à carne auchit, ut enim beémur, præteruolare necesse est, quicquid

PRIMVS IOANN. OECOLAMPA D.

quicquid non est summum. Qui à carne pendent, offenduntur facile, qui autem à uerbo dei, summa tenent absq; periculo. Fides quam à nobis dominus exigit, cum alias in multis locis, tum sub finem huius Euangelicae lectionis proposita est paucis. Ea. n. quæ scripta sunt, ideo scripta sunt, ut credamus Iesum esse Christum, & filium dei, ut credentes uitam habeamus: hæc nobis fidis commendatur, non illa opinio, quod corpus Christi sit panis, multa alia que dominus fecit, nihil ad nos pertinent, ideo commode prætermissa sunt: sed quæ necessaria, in hoc summario recapitulantur. Porro si hoc loco, uisus et gustus nos impediunt et decipiunt, per uisum recte intelligimus omnem corporalis presentiæ imaginationem. Nam illa non minus impedit, quam ipsa uisio, solet. n. usu uenire, ut uisa, mentem à contemplandi studio non auocent: imaginatio autem quando non quietem animi interturbat? Quod si in pane dixeris esse corpus, idq; per suasum sit, ita subito fieri, modoq; mirabili, nequit continere se humana imbecillitas, quin ad nouitatem rei dimoueatur à re sublimiore. Vnde cōsequens est eū qui ab oculis carnē sustulit, eandē et ab imaginatione submotā uoluisse, et ut beemur, præter uolandū quicquid nō est summū. Ut rem clarius aperiā, exemplo indicaturus sum. Media et atra nocte precari deum et speculari summa quedā decreui, eunct, amicū charissimū corporaliter mihi assidere, quæ tamen neq; uideo, neq; audio, neq; palpo, tantum scio

A iiiij

præsen

## DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMO

præsentem, quomodo potest fieri, ut non subita illius  
præsentia non interturbet, & animum à sublimioribus  
cogitationibus non auellat? Quomodo illa plena mira-  
culi præsentia, in qua se occupat imaginatio, nō magis  
obstupefaciat mentem quam ut in memoria passionis re-  
cte exercere se queat? Prodimus enim nobis ipsis nostrā  
hypocrisī, quod dicamus nos credere, id quod non cre-  
dimus. Sane Patriarchæ uerbo credentes, corporali  
præsentia frui nondum poterant, & propterea beatifi-  
cantur. Igitur non est, quod pro se emuli citent: Beati  
qui non uiderunt & crediderunt, stabit enim pro nobis,  
ut sit sensus: Beati, qui citra corporalem præsentiam cre-  
diderunt, id quod deus credi uult.

Ceterum, sicut leuiculis argumentis, ita & calumnijs  
facile respondetur, quibus nos adspergunt. Primum enim  
clamat nos Sacraenta diuina confuscare & exina-  
nire. Deinde deplorant per nos tolli sponsum Christum,  
speciosum præ filijs hominum ab Ecclesia auferri, spiri-  
tualem cibum, ac præciosissimum thesaurum animarum  
surripi ipsum corpus Christi & sanguinem, quibus in  
mundo nihil diuinius. Neq; his contenei, incessunt &  
dicunt, in ecclesijs nostris non esse præter panem ac ui-  
num, destitutos nos Deo ac Christo. Seq; & porcos su-  
os domi sue eq; atq; nos laute pasci, uel si multū habeas  
mus, conferunt panis sanctimoniam pani in honorem  
Vdalrici uel Huberti uel alterius diui benedicto, dicere  
debebam incantato. Deniq; perfidiam Iudeorum nobis  
impingunt.

PRIMVS IOANN. OECOLAMPAD.

impingunt, qui semper Christianorum sacramenta op= pugnant, adduntq; Iudeos priscos propter ceremonias & sacrificia sua, nobis esse præstantiores. Dissimularem illa omnia, sed propter minus exercitatos ac constan= tes non ausim, nam detegenda est ueritas. Nos oro, pati= enter audite, nihil impium proferam, res nondum deplo= ratæ sunt.

Principio, falsissimum est, quod Sacramentis suum ho= norem negemus, & auferamus: imò statuimus, & salu= esse cupimus: uerus autem honor non est in ornatu ue= stium, in gemmatis & aureis uasis, in magnificis facibus, & similibus. Neq; .n. deus aliquid horum uel cupit, uel laudat, uel amat. Quid autem uult? fidei sinceratem, ue= ritatem absq; hypocrisi, innocentiam, charitatem, & id genus, que plantare cupimus. Priora, si Christus cura= set, utiq; prior & ipse obseruasset: ipse est qui nobiscū dispensauit & docuit, ne ab his elementis mundi pende= renus. Cōfer hic causam nostram, & aduersariorum: insaniunt si quis uel crucis signum obmittat, uenerantur autem, & inter amicos numerant, à scortis ad commu= nionem properantes, simoniacos, homicidas, usurarios, osores uerbi, blasphemos maximos, tātum more papisti= co, hoc est impie, missent. Vtri que so Sacramenta con= taminant? utri intollerabiles sunt? utri pernitiosi Eccle= sie & sacramentis? scitis ipsi & uidetis. Et hæc ad pri= mum. Videbitis etiā et in alijs illos magis reos esse quā= nos: imò planè innoxij sumus, ut ut illi oblatrēt. Nam quo

## DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMO

maxime nos inuidiosos reddere nituntur, uanissimum.  
Qui n. nos sumus, ut Ecclesie sponsum auferamus, de  
quo dictum, quod adhæredit uxori sue, & erunt duo  
in carnem unam ? neq; hoc ex uerbis nostris unquam  
colligent. Similiter neq; spiritualem cibum auferimus,  
imò proferimus. Tempestiuē autem admonent nos con-  
iugij. Similiter enim Christus sponsus est ecclesiæ, &  
eam carne pascit, ac sanguine potat, nam sola fide  
utrumq; constat, & neq; in nuptijs, neq; coniuicio, cor-  
poris præsentiam adesse oportet. Si autem illi ita car-  
nalem cenam cogitant, nimirum & carnales nuptias  
sonniabunt. Absunt autem tales ab ecclesia dei blasphemæ  
miae et id genus: deßpōsauit nos deus fide, misericordia,  
& miserationibus, ut Oseas dicit, & fide nos illi adhæ-  
remus, fiuntq; fide, ea que Christi, nostra, & que no-  
stra, Christi. Ipse tulit opprobria nostra ut cohonesta-  
ret, inops fuit, ut ditaret, mortuus est ut uiuificaret, no-  
stra est eius gloria, iusticia, hereditas & omnia, uerum  
non est propterea opus corporali præsentia.

Sponsus etiamsi absens sit, manet cum suis, & eos ad-  
iuuat. Etiam absens corpore, præsentem se fore, uirtute,  
auxilio & benedictione promisit & præsens est. At  
nos illum absentem non facimus. Ipse quando uoluit  
hinc ad patrem profectus est, de qua sua absentia præ-  
dixerat Matth. 9. Non possunt filij sponsi lugere, quā-  
diu cum eis est sponsus, uenient dies quum tolletur ab  
eis sponsus. Aberat & Paulo dicenti, cupio dissolui &  
esse cum

PRIMVS IOANN. OECOLAMPAD.

esse cum Christo, nunquid currebat ad Sacramentariū,  
et repositoriū? In cœlum migrabat, in cœlum  
et nos transire iubebat. Si consurrexisisti, inquit, que  
sursum sunt querite, ubi est Christus in dextera patris,  
ubi et municipatus noster, ubi caput, et thesaurus:  
Bene sciunt fideles, quod Christus eis nequeat auferri,  
quam diu fides manet in columnis. At uide, quis ad do=  
cendum fidem magis sollicitus, qui docent cum operi=br/>bus manuum suarum fornicari, uel si qui audire neque=br/>unt, quod per fidem uiuamus ac saluemur? An non tol=br/>lunt fidem, qui tam parum ei tribuunt, et proinde  
sponsum ipsum? Est et aliud connubium sanctum, quo  
Verbum dei caro factum, nostram naturam assumpsit,  
et ita assumpsit ut nunquam relinquat. Et quis negat  
Christum ita sponsum nostrum? Imo neque in morte uer=br/>bum reliquisse carnem, credo. Et quia carnem nostram  
fert, ita et nos etiam illius carnem gestamus, tanta ef=br/>ficacia sue diuinitatis, ut sicut caro eius resurrexit, ita  
et nos resurrecti simus, sicut in carne sua, imo no=br/>stra ascendit in celos, ita et nos ascensi simus, non  
petimus nobis comunicari, ut impius quiuis quinq; uer=br/>bis in panem transire adiuret, neque in hoc nobis uel  
Christo timemus. Dicant illi ubi scriptura aliter de co=br/>iugio Christi loquatur.

Idem nunc respondemus de spirituali cibo animarū,  
qui qualis sit, exconiugio animarum satis colliquescit,  
nam sicut per fidē despōsamur, ita per fidē et carne

## DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMO

pascimur, id quod satis constat ex cap. Ioan. 6. quod non recipit aliam interpretationem. Et iterum conuincimus hoc sacrilegium illis imputandum, qui in prædicanda si de parciores sunt, et salutem operibus tribuunt. Dicāt quis sit cibus animæ? Utq; cibus animæ idem est, qui et angelorum. Angeli autem sapientia et agnitione Dei pascuntur, uerboq; Dei subsistunt: ex nostræ animæ no aliter pascetur, quam agnitione domini nostri Iesu Christi. Hæc est. n. uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, et quem missi tibi IE sun. Hæc. n. agnitus si uera sit, uiuiscat, pascit, resocillat, satiat, impinguat animam: ab angelis in hoc differimus, quia nos fide, quod illi gloria: et quod nos obscure, illi clare uident. Nihil aliud est qd' animam pascat, præter summam illam sapientiam: uenenum est quod illi aduersatur. At nos hanc doctrinam palam docemus, et dolemus hanc solam ob causam, qd' pauci eam recipiunt, et pleriq; aliud agant, aliud loquantur. Qui non credunt, se ipsos fraudant: aut si cuiquam culpa adscribenda, rei erunt iij, qui ægre ferunt fidei prædicacionem, timentes ne quid operibus decedat.

Fidelis nihil tollitur, quia seruat thesaurum suum: non enim corporalis præsentia thesaurus est, sed uerbū, per quod omnia facta, quodq; corda fidelium inhabitat: et nihilominus etiā thesaurus ille in animo nostro est, quia animus cum illo in cœlis. Quis diceret agrum auferri cūpiam, si proprietatis titulus cum usufructuon saluus maneat, etiamsi ager longius absit, et ipse domi epuletur?

Quam

PRIMVS IOANN. OECOLAMPAD.

Quam iacturam facit ille? Enī idem hic habes: Christus donum tuum est, pater illud tibi dedit, tibi natus, tibi passus est, omnia eius tua sunt, gloria eius tua, hæredes eius quoque tua, et quicquid fructuum ad te redire potest, nunc sive possides. Itaque nihil terreat te quod nugatur, immo calumnientur, redundant enim in ipsis id conui tij: habemus ergo sp̄ōsum nostrum, uescimur spiritualē cibo, locupletesque sumus thesauro.

Ab hac calumnia ad secundam transimus, qua contemptim in populum spargunt in Ecclesiis nostris nihil esse præter uinum et panem. Miror quare ita loquantur, num ideo qd' audiūt panem et uinum, cænam et mensam, ac couinuim adpellari? At hæc causa non est idonea. Non n. peccabimus, etiam si Sacra menta his uerbis panem et uinum uocemus, quandoquidem per Apostolum et Euangelistas spiritus sanctus ita loquitus, quo nouimus esse peritiores. Est n. panis, et erit panis, quamdiu uel mica affuerit: at qui proptere et non dicimus simpliciter panem et communionem. Etenim quantum ad materiam adtinet, nihil differt ab eo quem domi edimus: sed non ideo communis panis est ac laicus. Panem esse licet Papistæ negant, etiam mures ac uermes testantur. Ante usum, et post usum ucre nihil aliud est quam panis, et proinde non oportet cum tanta idolatria reservari in repositorijs. Panis n. est, et Christus in hoc non instituit. Ceterum ne quis arbitretur iniurios Sacramentis, quam dignitatem apud nos habeat Eucharistia, enar-

## DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMO

rabimus. Si n. panes propositionis in lege non erant  
cōmunes panes, & quantum ad materiam à cōmuni pa-  
ne nō differebant, quanto magis hic nihil vulgare erit?  
etiam si uerū corpus nō in pane modo legitima gratia-  
runactio nō desit. Sed ut promisi edicam, quo in honore  
apud nos sint Sacra menta. Primum igitur, omnia que  
nobis Christus commendauit, nobis maxime chara sunt,  
qualiacunq; illa sunt, etiam si uel siliculum nobis cōmen-  
dasset, gratiorem quauis margarita demērit. An nō mire  
afficiuntur pīj simplices, si uel lapides, uel aquæ ē terra  
sancta afferantur, quanto magis ubi accedit cōmendatio  
Christi? Nam illa inde allata, nimirum ideo nō iussit ad-  
mirari, ne superstitioni seruant. Grata etiā sunt & iu-  
cunda, omnia que Christus qualiter cunq; gustauit, etiā si  
amara alioquin. Esurijt Christus, & nobis benedicta est  
fames: mortuus est Christus, & nobis mors suavis est: op-  
probratus est ignominia crucis, unde & nobis glorioſa  
erit crux: quanto igitur commendatior nobis Cœna illius  
sanctissimus ritus? Vſus Christi, & eius cōmendatio res  
nobis cōmendauit. Si aliorū amicorū munera tanta sunt  
nobis, que nō nunq; illis nolentibus possidemus, quomo-  
do ritum illum à Christo in ultima Cœna demandatū, au-  
demus irridere? Expende cōmendantis dignitatem, quis  
sit, & quis tu sis, & quale sit quod cōmendauit, nec uile  
scet tibi. Tu peccator multis tartaris dignus, omnibus bo-  
nis indignus. Qui autem commendat filius Dei est, pri-  
mogenitus omnis creaturæ, per quem & propter quem  
condita

PRIMVS IOANN. OECOLAMPAD.

cōdita sunt omnia, qui dilectus patri & innocens: nam ille & nemo aliis commendauit: cæterum non parum est quod nobis commendauit.

Christianis secundo etiam ea sunt sanctiora, quibus magis ac diuinius erudiūtur ac illustrantur. Et propterea iure in tanto honore Euangelicas & canonicas scripturas habemus, è quibus saluberrimas doctrinas recipimus. Vnde per illas iuratur, ille inaurantur, & nemo Christianus æquo animo fert exuri & contemni: Sacra menta autem, quæ & ipsa librorū loco sunt, quia iuxta ipsorum Etymon sacra symbola sunt, & ad diuinas res pertinentia: & ita non dicimus solum panem, sed & Sacramentum: & non cuiusvis rei signum, sed sacratissimum sanctissimi corporis. Admonent autem de sacratissimo corpore, quomodo pro nobis traditū & mortuum, nos uiuifiet, atq; ita nobis sit panis spiritualis, recte per panem materialē significatus, nihil in omnibus libris sanctius doceri potest, quam qđ panis docet. Verum ne quis forte rudior signa minus capiat, addita sunt & uerba, quæ clare illud significant. Alij ridiculam rem agunt, ut testatur Paulus Corinthijs, qui loquuntur incognitis linguis: nos uero uernaculo idiomate, quod & Cerdonum pueri intelligunt, & quod ad hominum affectus mouendos plus momenti habet.

Accedit ad hæc, quod in toto mundo nihil sanctius habet Christiani, memoria mortis Dominicæ, quæ hic adeo dilucide iuxta mandatum Christi dicentis: Hoc facite

## DE DIGNIT. EUCHARISTIAE SERMO

in mei memoriam, celebratur, ut nihil usquam uiuacius.  
Et ubi memoria passionis seruatur, audet dicere quispiā  
nihil adesse prater panem & uinum? Sunt qui occidūt  
subuersores statuarum, qui tamen zelo fortassis pio, ad  
uitandas idololatrias eas cōmoliti sunt, quantum & il-  
lis irasci possent, qui memoriam mortis nō magnificiūt.  
Dicunt recte nos dicere, si & corpus adesse fateremur.  
Quibus respōdemus, plus esse memoriam corporis quod  
pro nobis passum, quam præsentiam: non dico corpore  
memoriam, sed memoriam digniore esse præsentia. Me  
moria passionis promouet, præsentia paucis proderat,  
etiam dum oculis spectaretur. Quāto amplior fides Cen-  
turionis quam Reguli, præsentem domi medicum habe-  
re cupientis? Dicant, quis fructus noster quod Christus  
in pane, si non sit in corde? quod detrimentum nostrū si  
illum in corde posseideamus, licet in pane non habemus?  
Melius est cor memoria passionis fideli stabilire, quam  
cibis carnalibus qualibuscumq;. Ecce, si in pane, & non  
dum in corde, quomodo gratias agemus, quur non po-  
tius nos inter supplices continemus? Hæc nostra pro-  
batio est, quam Paulus exigit: hic uidemus qui nam Ec-  
clesiarum, imo sibi ipsis sponsum Christum auferūt, ser-  
mone n. suo se produnt nondum incorporatos, & pro-  
inde neq; despontatos, sed sub hora mysteriorum incor-  
porandos. Nobis non possunt obijcere, q. Christus non  
sit nobiscum, qui ad gratias agendas conuenimus: cre-  
dentes n. per fidem edunt carnem, & bibunt sanguinē,

prius

PRIMVS IOANN. OECOLAMPAD.

prius probando se esse quod symbolo postea testantur, si  
bi bene conscient sunt. Ipsi autem si non dum ederunt pa-  
nem uitæ, quo pacto audent se ueditare pro Christianis?  
quasue gratias agunt?

Deniq; & aliud in cœna nobis est non minus admirabile, sanctissimæ carnis præsentia, nempe charitatis fœ-  
dus, cuius nos Christus tantam uult rationem habere, ut  
siquidem postularet necessitas, denuo, immo millies permit-  
teret crucifigi corpus suum, ne eo frauderemur. Laudet  
alius fidem, qua mortes transferat: linguis quæ cum an-  
gelis certent: contemptum uel diuitiarum, quo omnia in  
pauperes distribuuntur: uel carnis, que se incendio ob-  
ijcit. Nobis amplius bonum est, sacro sancta ipsa chari-  
tas, cuius autor est Deus: uiderint qui nos conturbant  
quid agant, tantum bonum ne pili quidem faciunt, qui  
propter suam opinionem in nos magis sœuiunt, quam in  
Catuloru[m] raptore[s], exasperatae Tygres. Mysteria nostra  
sunt, quod unus panis & unum corpus sumus: q[uod] unum  
uinum & unus sanguis sumus, qui unius panis & eius-  
dem poculi participes sumus: præmonemur, ne quis alte-  
ri irascatur, ne quis iniuriā in corde seruet, ne quis uin-  
dictam meditetur: optamus fieri proximorum seruū, &  
ita crescere, ut ad exemplum Christi etiam pro proximo  
mori, nedū in necessitatibus de his quæ nobis supersunt,  
subuenire parēmur. Non conuenimus ut seditiosi, quos  
præ omnibus excommunicamus, si prodantur: non cra-  
pulanur ut epulones, qui mane sectantur ebrietatem: nō

## DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMÖ

conciliant nos secularia lucra. Sed unanimes cupimus agere gratias domino nostro Iesu, à quo nostra bona omnia, cuius est omnis gloria, atq; ô utinam, quicquid est in cœlis ac terra nobiscum ad laudem domini nostri Iesu Christi uocem extollat.

Et quum nihil habemus, quod retribuamus, calicem salutaris accipimus, & nomen domini inuocamus, hæc communis gratiarum actio, magis deo quam hominibus innotescens, charitatem nobis commendat, & ad uitæ hortatur sanctimoniam, ne per nos tanquam indigna membra Christi, nomen dei sanctum blasphemetur, testamur fraternitatem, parati ad Ecclesiæ monitionem, emendari, & pœnitentiam deo acceptam agere. Nihil ne bona hæc quis dixerit, ubi tanta animorum concordia? ubi tanta pax? ubi gratiarum actio illa cœlestiss? quis audeat dicere non esse in medio nostri deum? Quis auferet à nobis charitatis datorem? Proferant si Christiani sunt, quid in suis ecclesijs habeant aduersarij, quibus ad coniuua deliciora inuitent, quæ apud nos desiderentur. Si de annuntiatioe mortis Christi gloriantur: gloriamur & nos, si fidem & charitatē exercentes suis protestationibus: id ipsum & nos operamur, spiritu aliter eorum animi reficiuntur: deliciamur & nos spiritualiter. Vnū est, quo se diuites putant, nempe, præstitia corporis & sanguinis, at nos illorum fructibus non desituemur, quæ maiori gloria in cœlo esse credimus. Horror est cogitare, quod ad quorūmis sacrificium  
uerba

PRIMVS IOANN. OECOLAMPAD.

uerba adesse incipient, modo quo illi dicunt. Interim tam  
men sub Sacramento, modo sciatur, quid sit Sacramen=   
tum, habemus & nos Christum, nec dubito, quin multo  
uerius, quam hi, qui indigna Christo sentiunt, conser=   
uat & nos caro Christi immortales, custodit & nos san=   
guis Christi, ne pristinorum peccatorum pater memor  
intollerabilia supplicia nobis irrogat. Certi & nos su=   
mus de hæreditate, de Testamento Christi sanguine con=   
firmato. Et in summa, nihil est, quod nobis deest, qd' uel  
Christo dignum sentire, uel quod quippiam emolumenta  
afferret. Itaq; obiectatrices linguis, nostramq; gloriam  
eleuantes, nō audite: sed ea patientia, humilitate  
charitate & honestate uitam instituite, ut  
& illorū uanitas, & nostra pietas co=   
rā deo hominibusq; elucescat,  
per Christum dominū no=   
strum, Amen.

B ij

IN VIGILIA NATALIS SERMO  
secundus IOAN. Oecolamp. authore

**T**iam in hoc sermone respondere debo aduersarijs, q dicere audet ut odiosos nos reddant, nos Iudaismū sapere, & minus esse religiōis, et diuini cultus in ecclesijs nostris, q apud Iudeos ipsos respondebimus autē eis opportu- ne, ubi Euāngelicam lectionem exposuerimus, ex qua sola iudex æquus cognoscet, quantum absumus à uulgo Iudeorum, quod uirginitatem Mariæ negat.

Audite itaq; primum, quid Matthæus doceat, deinde non obliuiscar officij, ut illis respondeam. Discamus primo exemplo uirginis Marie & beati Ioseph, eos qui uocem domini audiunt, licet periclitentur nonnunquam, & angantur, misericordia tamen domini nunquam derelictum iri. Nam absq; dubio postquam beat a uirgo consentiens & credens angelō, subiecit se uoluntati dominicæ & dicens: Ecce ancilla domini, fiat mihi secundum uerbum tuum: grauida facta est ē spiritu sancto: licet gauderet de dono & misericordia dei, non tamen constituta fuit extra periculum. Neq; n. præmodestia, mysterium prodebat, Elizabethæ soli indicauit, ubi spiritus sancto instigante, iam manifestata esset, neq; foetus ultra occultari poterat, eratq; periculum, ab in- credulis & immisericordibus Iudeis, qui & bonis de- trahere non uerentur, ubi suspitionis nullum indicium, quomodo pepercissent uirginis. Certe si non attentas- sent lapidare, utiq; uel traduxissent saltē, unde Deus in tempore

SECUNDVS IOANN. OECOLAMPAD.

in tempore subuenit, & curauit eā, anteq̄ cōciperet &  
audiret ab angelo, per parentes uiro iusto & sancto  
Ioseph deponsari, qui haberet illius curam: non legimus  
quod uirgo precata fuerit, & concipiuerit maritum,  
uerum hoc officium parentum erat, qui illam colloca=  
bant coniugio. Utinam & hodie parentes dignam cu=  
ram gererent, expediretq; publica lege irritari con=  
iugia, quae citra parentum consensum inchoantur. Ve  
rum de hoc aliâs.

Ioseph autem & ipse, quum delegisset sibi piām ux  
orem, ualde angi cœpit, didicit. n. prægnantem, &  
præterea tantæ sanctimonie, ut nihil sufficari mali pos  
set, cohabitare nō audebat, quandoquidem iustus erat,  
& fuisse illi author mortis, cauet. n. scriptura, ne quid  
sinistri suspiceris, nam & dicit deprehensum, quod es=  
set grauida è spiritu sancto: quomodo autem inuenta, li=  
benter ignorabimus, quia scriptura non reuelauit, siue  
igitur prophetia, uel sanctitate uitæ uel nuncio Eliza=  
beth, uel quod nuper uidisset non grauidam, & subito  
alia comparuisset. De Ioseph certe testatur quod fuit  
iustus. In iustus autem fuisse, si non reliquisset si fuisse  
suspicio. Igitur quum secum fluctuaret animo, & omni=  
no constituisset clam abire, quo & uirginis honor sal=  
uus maneret, & ipse propter cōtubernium non pericli=  
taretur. Et quia decretum humanum consilium, subuenit di=  
uinum. Apparet. n. angelus in somnis, & quod uirgo  
non edocebat p̄e modestia, indicabat angelus. Et ferè

## DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMO

singulis uerbis certum reddebat ac confirmabat. Quia  
n. uocabat filium David, promissionis admonebat, quæ  
David facta, Metum ostendens, à metu liberabat reuelatione arcani. Quod à spiritu conceptum fœtum dicit,  
confirmat sanctam opinionem, quod non sint decepti.  
Opus autem domini afferit, quod filium paritura sit, &  
Iesum iubet uocari, quo cognoscatur esse deum. Nam so-  
lius Dei est saluare, & liberare à peccatis. Nemo saluat  
nisi Deus: nemo à peccatis liberat nisi Deus. Deniq; ex  
per Prophetiam Iesaiæ confirmat, qui uirginem prædia-  
xit paritaram deum, hominibus præsentem futurum.  
Nam licet Christus dictus sit I E S U S, præsens tamen  
per eum nobis fuit Deus, unde & עִמָּנוּ אֱלֹהִים fuit, id est  
nobiscum Deus. Quid igitur metuere poterat à toto  
mundo? qui eius pueri tutor, qui & Deus, unde confir-  
matus, officium suum fecit. Præterea, ne offendaris in  
uerbulo, Donec, quasi postea non manserit uirgo. Pro-  
prias n. lingue hoc non arguit, quemadmodum ui-  
detur ijs qui ex illo Matth. Non exhibet donec reddat ul-  
timū quadrantem, arguant in Purgatorio quadrante red-  
di. Similiter caue, ne in uerbo primogenitus aberres,  
Dicitur n. primogenitus, eò quod sit non aliis prior ge-  
nitus, non quod subsequutus altius. Erat n. etiam unige-  
nitorū priuilegium insigne.

Porro, ut in his Euangelij dictis nihil cōmune nobis  
cū Iudæis, ita neq; in re Eucharistia. Quid ad nos quod  
illi Sacramenta nostra oderunt, quæ nos eo loco, quo à  
Christo sunt instituta cupimus obseruari, puraque ac im-

SECUNDVS IOANN. OECOLAMPAD.

maculata celebrari fieri potest q; & Iudeus quorundā simplicitatē intelligat, et abominetur idololatriā, execraturq; auaritiā sacerdotū nostrorū, quibus nihil est uenalius, & in hoc nobis subscribat, unde igitur Iudaizabimus, si et nos quod illicitū est execremur? Scimus reprobos, cæcos, & perfidos Iudeos, sed immensa nimirū crimina sunt, que & Iudei ipsi damnare coguntur in nosris. Damnant Iudei homicidia, furtā, adulteria, ac id genus. Num igitur Iudaizabunt, qui tantas impietates probare nequeunt? Et si in mysterijs idololatria suboriatur, ut nō nunq; sit, neq; idololatras excusabit, neq; zelum nostrū infamabit Iudeorū austerior cēsura, alioqui satis discreti sumus. Ut Iudeis non arrident nostri Baptismus, Cœnæq; ritus, ita nobis illorū circūcisio, Synagogæq; nausea sunt: sed uideamus inter nos, utri mores Iudeorū sapiant, quos ab odio in Christū emetiri oportet. Hoc.n. Iudeos à Christianis discriminat, et tanto quisq; propior est Iudeis, quanto magis ab agnitione Christi desciscit, hoc est, quanto magis in Christo offenditur. Inter eruditos enim Iudeos et nostros, de dogmatis alijs facile concuerint. Solus Christus qui nobis lapis est angularis, et ab illis reprobatus, suis cōfessoribus innocentiae præbebit testimonium.

Itaq; in tribus offensi olim potissimum. Displicebat pri mū Iudeis, qd' patrū traditiones à Christo nō magnifiebat. Grauatim deinde ferebat, quod Sabbato et ceremonijs minus tribuebat. Postremū, tantū nō insaniebant,

## DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMO

imò rabidiores erant canibus, quod se Christum filium  
dei dicebat; in his perspicuum est uidere, quis hoc sēcu-  
lo à parte Iudeorum & Phariseorum stet. Nostra certe  
doctrina περὶ εὐχαριστίας longissime discedit, id quod  
nemo ex uobis non testabitur, modo audire non dedigne-  
tur. Legimus Matthæ. 15. offensos Iudeos à rusticita-  
te discipulorum, qui manibus illotis, præter traditionē  
patrum panem edebant, & excusabantur à Christo, di-  
cente: Non quod intrat in os impurat hominē, sed quod  
egreditur ex ore: & obiurgante dicto Iesaiæ, Hypocri-  
tae, recte de uobis prædixit Iesaias dicens. Appropin-  
quat mihi populus hic ore suo, & labijs suis me hono-  
rat, ceterum cor eorum procul abest à me, sed frustra  
me colunt docentes doctrinas præcepta hominum. Itaq;  
Christus ueritatis doctor, à traditionibus liberauit hu-  
manis, Iudaizant qui addicti sunt hominum uerbis  
(nunc non de Reipub. administratione, sed de animorū  
loquimur libertate) Christiani uero, qui se liberos sci-  
unt. Vnde Galatis scribit Paulus. Libertate qua uos  
Christus liberauit, state, & ne iterum iugo seruitutis cō-  
tineamini. Et ad Coloss: Si mortui es̄tis cum Christo ab  
elementis mundi, quid quasi uiuentes in mundo decre-  
tis tenemini, ne tetigeris, ne gustaris, ne contrecteris? Sa-  
nè in cœna dominica, Paulus Corinthijs nihil adiçere  
audebat, sed quod acceperat à domino, hoc & tradebat  
quem recte & nos imitabimur, ut alieni simus à Iude-  
orum morosis ceremonijs. Olim grauter taxabantur  
mulieres

SECVNDVS IOANN. OECOLAMPAD.

mulieres nisi curiosius essent peplatae. Viris fas non erat  
accinctos esse, lauandi erant dentes, illegitimum redi-  
debat uel gutta aquae mane pota, in aureis tantum ua-  
sis, uel argenteis tantum administrabantur mysteria,  
sacerdotem indui oportebat alba, humerali, manipulo,  
stola, pluneta, non raus abominabilis fuisse, quae omnia  
cum multis alijs, ex humanis traditionibus profecta  
sunt, non a uerbo dei, quo solo conscientiae obstringun-  
tur. Vide autem qui hodie pro Ceremoniis conten-  
dant, tumultuentur, cœlum terræ misceant. Nonne Mo-  
nachi & Papistæ atque haec uidetur illis summa iusticia  
quæ summa iniurias est. Impune a scortis uenientes, si-  
moniaci & omni inuidia ac malicia pleni, Sacramen-  
ta tradunt, & pro Christo se uendant. Qui simpliciter ac sine apparatu, iuxta uerbum Christi, mortem do-  
mini annunciat, & fratribus seruit, iugulatur, suspen-  
ditur, exuritur, scelestissimis quibusvis flagicior ha-  
bitus. At oclamant illi charitatem lesam, habendamque  
infirorum rationem, ita scilicet oui lupus respondet,  
quod turbasset ripam, quamvis ab infieriore parte flu-  
minis illa biberet. Nam ipsi rumpunt charitatis vincu-  
lum, qui iuxta uerbum dei uiuentes persequuntur, hi  
uero post prædicatum satis Euangeliū, eos non cu-  
rant, de quibus Christus dicit. Omittite eos, quia cæci  
sunt duces cæcorum, & sua libertate fruuntur, obtem-  
perantque ac uerbo se accommodant. Neque enim infirmi  
& imbelles ita repugnant, Pharisei perpetuo scan-

DE DIGNIT. EVCHARISTIAE SERMO  
dalo laborabunt, & male idonea sunt corum contra  
nos testimonia.

Sequendo, Iudæi iustiore: ut sibi uidebatur: causa ex= arserunt in Christū, eō quod legem abolere putabant, sicut scriptum est apud Marcum, transeuntibus discipulis diebus sabbatorum per segetes, & inter uiam uel= lentibus spicam, Pharisæi dixerunt. Ecce cur faciūt sab= batis quod non licet? Quibus respondebat Iesus: sabbatū pro pter hominem factum est, non homo propter sabbatum, utaq; dominus ejī filius hominis etiam sabbati. Quo di= scimus Iudaizare eos, qui in parte diei festi quempiam iudicant, cessauit. n. sabbatum Iudaicum, destructū est & templum, ubi igitur sacrificia Iudeorum & transie= rumt ceremoniae ueteris legis omnes, finis est circumci= sionis, purificationū, unctionum, & in summa quicquid imperfectum lex habet, luci & ueritati umbræ ac figura= re cedant. Ita. n. perficiuntur, sicut Christus uenit non ad soluendum legem, sed ad implendum, igitur qui redu= cunt nobis legales ceremonias, Christum obumbrant, & Ecclipsin ecclesiæ inuehemunt. Quid igitur dolent o= rari πάθος? Ecce aiunt, Aaron olim maiestatem di= uini nominis in fronte glorificabat, conspicuus gemmis, ful=gidus auro, purpuraq; ac bisiniis ornatus, fragrans ope= balsanum, & crepitaculorum tinnitu, omnes in sui ad= mirationē rapiens. Nos aiunt, ornatu, uel Leuitis infe= riores, habebant iudei quod offerrēt, nos absq; sacrificio lugebimus? Respondeo. O miseris, quādiu sub pæ= dagogo

SECVNDVS IOANN. OECOLAMPAD.

dagogo manebitis? quando cresceris in uirum perfectus?  
Ecce non permitunt Apostoli, mulieribus auro textas  
uestes sed ad uerum ornatum animarum exhortantur.  
Et Antistites illa admirabuntur, que alioquin cōtem= =  
nere iubentur? Si hæc tanti momenti sunt, pro quibus di= =  
gladietur, quær non Christus ornatus est hoc habitu,  
et exemplum prætulit? sed Christus ignorauit illa et  
respuit. Noluit n. ex tribu Leui, sed Iuda, nasci. Ut cog= =  
noscatur esse uerus ille sacerdos secundū ordinem Mel= =  
Kizedec. Imò ipse est MelKizedec. Quanto autem præ= =  
stantior est MelKizedec Aarone? Nam ei Aaron deci= =  
matus est in Abraham. Et maior est qui decimas reci= =  
pit, quam qui dat, quomodo igitur superbit Aaron in  
ornatu suo? Et quum Christus non secundum ordinem  
Aaron sacerdos sit, quid nos ad ordinem illum adi= =  
gunt? Post Christum prædicatum ita se Lararum rex  
adornet. Fideles ministri, uestigia magistri uolent se= =  
etari, scientes quas nebulas hominibus ad supersticio= =  
nem propensis, illa aduehant. Belle et magnifice culti= =  
sunt, qui in luce ambulant, ne contemnas simplicita= =  
tem Euangelicam, quum et sub lege Naamus, fastidi= =  
ens aquas Iordanis, à ministro didicit non despiciendas.  
Prætereat falsum est, quod nobis desit sacrificium, nos  
n. non offerimus uitulos uel oves. Sed olim Christus sui  
corporis sanctissimā hostiam pro peccatis nostris ob= =  
tulit, quam repetere non est opus. Semel satis fecit, et  
est sacrificium illud perpetuum in oculis Domini dei

## DE DIGNIT. EUCHARISTIAE SERMO

nostrī, offerant Christum denuo, pro quibus non est satis factum, nos redempti gratias agimus. Et cōmemorādo habemus, quod olim per actum, fructus sacrificij nostri est. Hæreant quibus lux ueritatis contemptibilis est, in luto & in umbra sedeant, & se testentur Pharisæorum discipulos. Rectissime prodūt se Iudaizare, qui instaurare & postliminio reducere sacrificia conantur. Nos epulabimur in azimis sinceritatis & ueritatis, hoc est, operā dabimus, ut absq; hypocrisi, fidem nostram, que in Christo, custodiāmus. Præterea morbi aduersariorum nostrorū deprehendemus, & alijs indicijs. Translato sacerdotio, transfertur & lex, alia crassorum Iudeorū, alia nostra Lex est, Synagogam Lex timoris, Ecclesiā lex spiritus & amoris, gubernat. Iudeis lex cū tonitru & fulgure, magno tocius Gentis metu data, Lex uero quā spiritus in cordibus nostris scribit, gaudij atq; pacis pares est. Qui ergo, uel spe præmiorū, uel metu pernariū, uirtuti student, uel mensē participes, ij nimirū Iudaizant. Quos autē pater dulci tractu dicit, quiq; spiritu Dei acti, gratias agūt Deo, ij sane nobilissimi filij dei, & rudi Iudeorū populo præferendi. Age si libet, & hic quæ docemus, confer cum illorū doctrinis, quot inuenies qui uel lucernā gratis accendūt bona pars seruit Veneri, multos hypocrisis inuitat, nō paucos mandati necessitas. Neq; .n. ignoratis, quanta austeritate precipiebatur, ut ad Pascha singuli cōmunicarent: sed et hoc bene meministis, quam tenuis frustus fuerit. Certum est

omnes

SECUNDVS IOANN. OECOLAMPAD.

omnes indignos, quos lex adducit, siquidē absq; lege, uel  
præmijs adduci nō possent. Non dant tales honorē deo,  
honor. n. eius est, ab eo, qui opus uoluntarium facit.  
Vides Iudeos? Nos uero hortamur, ut contemptis penit  
& præmijs, ad solū Deum spectemus, sponte q; ac impul-  
su spiritus omnia faciemus. Leti adsint, qui sentiunt suā  
in uerbum Christi fidem, extimulare se in nouam uitam.  
Quod si qui uel decesse sibi fidem, uel animum proficien-  
di cognouerint, caueant ne ull. ferro, ad tam tremenda  
accedere conentur mysteria. Novum n. populū, hilas=  
remq; ac spirituale requirit Christus. Demū & hæc nota  
cōtemnenda non est, qua Iudaicos mores indagare licet.  
Quid. n. ita discindit Iudeorū pectora atq; filiū dei fa-  
ctum in cruce maledictum? Hac de causa fingebat se il-  
lum tradere in mortem. Dicebat eis Iesus Christus, se  
esse panem uitæ, qui de cœlo descendit, tam necessariū,  
ut quisquis illum non manducaret, uitam non esset ha-  
biturus, Iudei nihil sublime capiunt de Christo, & sem-  
per in carnali manducatione hærent. Petrus autem à  
patre edocitus, intelligebat, manducabat, & uitam ha-  
bebat, dicebat enim: Domine, ad quem ibimus? uerba  
uitæ æternæ habes, & nos credimus, & cognouimus q;  
tu es Christus filius Dei uui. Ex hac confessione satis  
manifestum, Petrum carne Christi saginatū fuisse, unde  
nimurum non indigne, & Sacramento postea usus, Iu-  
deis autem durus sermo erat, & quum audissent, hoc es  
se opus dei, ut credant in eū, quem pater misit, subiiciunt;

## DE DIGNIT. EUCHARISTIAE SERMO

Quod ergo tu facis signum? Erat n. in operatione plurimorum prodigiorum ualde adhuc contemptibilis, et pro filio Ioseph habitus. Hic iterum innoteſcit, nos alienores à Iudeis, quām omnes aduersarios. Nam illi carnem cœnam expectant, et mādicationem aliam, quām apud Ioannem manifeſte proposita est, nos uero manducamus, ſicut Petrus Iesum eſſe Christum filium Dei aſſerentes, quām fidem ſanctissimo poſte a Symbolo confeſta mur. Qui carne pafcuntur alio modo, quām Christus docuit, uerborum dei capaces nō ſunt, et aliquid Iſcarioticum habent, et Iudaicum, qui ad dilacerandū p̄parati (abſit uerbis iniqua expositio) in ſumma, illis caro non prodeſt, atq; adeo incarnatus Christus inutilis. Qui uerbis dei uegetantur, que tam certa pater uoluit, ut incarnati filij morte pro mundi uita obſignaret, illos nos magnificamus.

Ita uidetis amici, quām facile ſic quospiam ſcom-  
matis et conuicijs incessere. Quia in re ſtrenuos nacti  
ſumus aduersarios, At ueritas immota manet, et deho-  
neſtari nequit, etiamſi obſcurari credatur, ſtatiuſ ſuum  
reparat decorum. Audiuitis quo in honore, etiam ho-  
die habeamus Sacra menta. Verum oro, atq; obſecro, ut  
uitæ innocentia atq; puritate, magis quām male dicentia,  
non ſolum ſtudeamus aduersariorum obturare ora, ſed  
et ipſos lucrari, idq; perpetuis etiam precibus obtine-  
re à Christo, cui cum patre et ſpiritu ſancto, eadem eſt  
gloria in eternum, Amen.

Theobaldo

THEOBALDO BILLICANO NÖRD

lingiacensi Concionatori IOAN. Oecolum.

Gratiam & pacem à Christo.



Vàm obseruans tui nominis hactenus fue  
rim frater dilecte, satis Idoneæ, opinor, te=  
stes sunt, familiares illæ non paucæ, quas  
olim ad te dedi, Epistole: Nunc uero post=  
quam in lucem prodijt illa tua, in qua me quidem non  
incuiliter excipis, sententiam autem Catholicam, que  
de Eucharistia, tanquam parum piam, refutas, fortas  
sis alienior ab officio, moribusq; meis, uidebor, nisi q=  
tam arriserit illa, indicaro. Contentus autem essem, si=  
cut olim, inter nos familiaribus & priuatis literis, men=  
tem meam aperire, uerum exemplo tuo publice, ex=  
nuncupatim, ut tecum agam, res postulat. Evidem no=  
minatim in barenam liber meus euocauit nullum, sed  
nunc à te cum Tertuliano blande pertrahor, imò cau=  
se non diffidens ( ut ueritatis negocium serium est &  
nullis uel Ronchis subsannantium, uel dehortatione ad  
humanas laudes spectantium, impeditur ) cum priua=  
tim, tum publice siquidem opportunitas permittat, fidei  
meæ rationem, præsertim exposcentibus, haud graua=  
tim redbo. Non, quod silentium non magis iuuet, uel  
quod contentionis extimulet libido, quam mihi exosam  
esse, testis est mea coram Christo conscientia, sed quod  
credam ueritati præiudicare si nunc tacuero. Interim  
tamen tua in dicendo Authoritas, ne minuatur, sed ut  
crescat, Christum precor: quod si secus continget,

IOANN. OECOLAMPAD.

planè mihi auditu durißimum foret, nihil. n. talium mo-  
lior, quod sciam procul à charitate. In omnibus alijs:  
quantum mihi tua doctrina innotuit: Laudatissima &  
inculpatisima est, in causa autem Eucharistie (nisi  
aliud calamo aliud ore p̄fiteri Christianū sit) subscribe  
re tibi nequeo, neq; tacere debeo, quandoquidem scri-  
pturarum & spiritus admonitione, indubitatum mi-  
hi, à parte nostra stare ueritatem. Siue quod nuper lite-  
ris tuis editum est, interpretor ab immodico indagan-  
di ueri studio, profectum, & quidvis aliud quād malig-  
nitatē incuso. Ut enim nondū prorsus tibi sordere uide-  
or, ita nec te adeo deploraui, quin si certiorem nostram  
cognoscas uiam, in nostra castra propere concessurū,  
confidam.

Non igitur hoc agitur, ut candidæ tuæ famæ struan-  
tur insidiæ, imò in uotis est, ut aliquid accedat gloriæ,  
quod certò accidet, si clarius hoc agone elucescat ueri-  
tas, tametsi pridem hos sumos à te contemptos, non dis-  
fidam. Evidem gloriosum arbitrarer, si quando me ui-  
eto, triumpharet ueritas. Absit ut extimata talenta, &  
multipharicæ dotes, à domino tibi concredite, me autho-  
re defcedentur. Absit, ut si aliquandiu, in re una, hominū  
more, fueris hallucinatus, propterea omnis tua, uel in di-  
cendo facundia flaccescat, uel in scripturis exercitatio  
eleuetur, uel in asserenda laude te pescat feruor, uel in  
oppugnandis fidei hostibus, constantia languescat, mi-  
nusue celebretur. Saluum te cupio. Salua omnia tua cu-  
pio,

## AD THEOBALD. BILLIC.

pio, inō ea quae Christi omnia in te salua precor. Verū tamen quod te ad scribendum excitauit ( metuis. n. ne Euangelij munus silendo prodas ) & me respondere cogit. Alios qui nostra, que nuper de uerbis coenæ scripsimus, aut non intelligunt, aut non legunt, & damnant, uel opinionis nimirum inueteratæ captiui, sententiam precipitant, patientia, mansuetudine ac silentio ( quando nullus docendi fructus ) uincendos, uel saltem tollerandos censeo. Hos uero, qui libellos ædunt, & certiores de fide nostra: ut siant, urgent, siue id effusio= re zelo, sine urbaniore modestia, ut tu & alij illi Eccle= siastæ sueui, haud scio quo pacto silens contemnere possem.

Ingratum tibi scio, que tua est pietas, si ueritatem, qualitercunq; agnitam, subticuero. Gratum igitur, si quidem ab officio hoc, etiam nullis periculis deterrear, terret sanè, licet non perterrebit, quod nuper infelicius cesserit: etenim quum nuperiorem librum, in quem antiquorum sententias congesseram, mitius sperabam scri= ptū, quam ut amici calumniarentur, inō, quod amplius fuerit, pollicebar etiam iratis aduersarijs, succensendi præceptam occasionem, modo bili imperare uelint, tan= ta charitatis habita ratio, tanta conuictiorum fuit parsi= monia, cuius officij neq; nunc pigebit, etiamsi denuo nō impetraro ab amicis, ut hæc, quo scripta sunt, animo su= scipientur. Quū sperarem, inquam, modestiae me studiu= isse, non defuerunt qui ex pacifico, turbatorem rerum,

IO ANN. OECOLAMPAD.

ex amatore ueri, blasphemum, ex interpreti fideli, peruersorē facere non sunt ueriti, his nūc, ut respondeam, occasionem & tu suppeditas. Respondebo autē sim pliciter, absq; fuso & contentione, re ipsa animū syncrum declarans. Auertat deus ne unquam nobis obijcītur, quod alijs aduersarijs obiectū, totam fermē causam illorū pessundedit, Aniculē cōuicijs pugnant, filij huīus sæculi technas meditentur, irrideant ebrij, Tyrannorū furorē implorent Papistā, aures contineant Iudæi, garrulitatē Sophistāe exerceant, argutias sibi habeant Philosophi, oculos uidentiū circulatores præstringant. Nobis cura sit, ut Christianos & Christi discipulos nos declaremus, id quod ipse Magister noster ignoscens peccatis nostris, & effundēs super nos misericordie suæ uisera, in sui nominis gloriam, optime fortunet precor. Te autē frater, eandem quam à tuis exigis auditoribus benevolentiam, mihi quoq; oro, ne de neges.

Argumentū igitur nobis texit, suspicio illa, qua grauerit laboras, à qua Epistolā ferē exorsus es, in quam & definis, nempe, quod in scripturam, sensum, non quem illa requirit, sed qui nobis arrisit, inferamus. Quod crimē equidem non minus quam sacrilegium abominor, quid. n. hoc aliud fuerit, quam cum cauponib; apud Iesaiam, uinum aqua miscere? uel abominationes ac idola in domo domini statuere, ut Ieremias inquit, & in summa, quid foret aliud quam adulterari uerbum? At me non reum, non damnat conscientia, sed absoluit.

Excl

## AD THEOBALD. BILLIC.

Examinemus autem causam aliquanto diligentius,  
ut colliquescat, uter alienū scripture sensum, sectetur,  
(sitq; hoc epistole argumentum.)

Fieri potest, occasionem suspicandi præbuerim, rem  
iuxta priscos authores expendendo, nam hinc factum,  
ut Tertuliani non pessimi authoris suffragatorem dixe-  
ris, sed quur non magis Augustini, qui & apertius me-  
cum sentit<sup>e</sup> cuius nomen minus suspectum, quur non ec-  
clesiæ potius, quam nobiscum facere declaramus, decla-  
raturiq; sumus? An non pridem sectarū nominibus re-  
nunciaimus? Tam non agnoscam ipse Tertuliani,  
quām in Lutheri uel Carlstadij nomen, quantumuis inte-  
rim si quid sani dixerint, non refutamus, id quod & te  
facere video, nondum enim in uniuersum patres con-  
temnis, at nihil oportebat offendī operosa magis quām  
gloriosa, in congregendis illorum sententijs diligentia,  
neque enim in illis fiducia nostræ præsidium collocaui-  
mus: sed quoniam & tum apud non paucos animad-  
uertebam, illorum autoritatem in summa ueneratio-  
ne, & quicquid dicant, pro oraculo haberí, uel quod  
in tractandis scripturis hodie minus sint suspecti, uel  
quod uulgi sententia, Nœotericis fideliores putentur,  
operepræcium fuerit non dissimulare, & patres &  
Ecclesiam, nobis fauere. Neque omnino ingratant  
tibi lusi operam, opinor, quamvis non quantum uole-  
bam gratificatus sim. Utar igitur eorum testimonijs par-  
tius. Nam & tu ad cœnæ Dominice uerba adpellas,

IOANN. OECOLAMPAD.

interim obturaturus aures, ad demonstrationes, ad conjecturas, ad argumenta. Rationes tibi nihil sunt, persuasiones præteris. Absurda, quæ alibi probè uitæ, non curas. Nihil ad te ociosa & incredibilis miraculorum congeries, atq; alia. Evidem propterea te non auersabor: sed eris in hoc mihi nō ingratius, quod ad V E R = B U M D O M I N I prouocas, electissimisq; dumtaxat armis spiritus, dimicandum censes. Quid .n. hæc mouerent stomachum? quando & illa ipsa me tutantur, et tibi onerosiora erūt. Videbis, ut spes est in D O M I N O etiam hac parte causam nostram stabiliorem, tuam uero ualde tenuem, inò planè nullam. Quamvis & antea satis scripturarum prompseramus, quibus nondum: ut oportet: obuiam itum est. Quin & iucundius illis utar. Quem enim non magis è fontibus, quam è subturbidis annibus bibere iuuaret? Nunc simpliciter enitamur, ut suspicio hæc, è tuo aliorumq; animo eximatur.

Et ego antequam respiceret me Dominus, supra modum religiosus eram, ac planè supersticiosus, adeò, ut & spiritui in me loquenti contradicerem, modo ab omnibus non dissentirem. Quoties enim seriem uerborum (de quibus nunc agitur) apud Euangelistas legebam, aliam in cortice medullam subesse, in animum incidebat. Quod tamen leui certamine refutans, cogitabam, ut pleriq; hodie. Num tu præ alijs sapiēs eris? Credendum est, quod cæteri, Magnum itaq; expertus sum esse malum, intempestiuam pusillanimitatem. Qualem

tum

AD THEOBALD. BILLIC.

tū me sensum in tēplū DOMINI arbitraris obtulisse? Ah me miserum, Meum offerebam, & non meū, Meū um quidem, quia parum piūm, & non meum, quia ab hominibus mutuatum, & propterea mendacem, uere autem & hoc nomine meum, quia & ego homo sum, & in eadem quareliqui peccādi consuetudine, nisi quatenus à Domini gratia custodior. Sæpen numero me accusabam, quum quid in aliorum pectoribus lateret, non cogitans. Solus ne tu tam obiectus à facie Domini, ut illic repugnes, ubi ferè nemo? Ah quoties antiquorum Doctorum lectione, infirmitatem meam vincere conabar? sed sicut apud Euangelistas, ita & apud Patres principio minus occurrebat, quo iuuaretur, crebro erat obuium, Corpus Domini, & sanguis Domini, sed qualiter corpus, qualiter sanguis, rarius explicabatur, & supra modum enigmaticos. Inferebam itaq; in scripturas sensum, non ausim dicere proprium, sed nō mentior, si duplice nomine dixero alienum, utpote ab aliorum pendens iudicio, & spiritu sancto indigna sentiens. At ita non suum afferre, est uere adulterinum quipiam exhibere. Esto, innumeræ Miryades angelorum adstipulentur & subscribant. Quid .n. aliud hic non meus senserat quam humana interpretacio? At eam teste Petro, non recipiunt οὐθεῶ πένσαι γραφαι Quid agebam aliud quam quod super harenam edificabam? Si fidem aliam apud homines inuenisssem, aliter pronūciassem & ego. Tandem ut authoritas hominum, quos in

IOANN. OECOLAMPAD.

pluribus mendaces, et imposturis expositos, cōperi, suam  
corām me laruam exuit, facile ueritas fulgidior afful= sit, nec ultra opus erat inferre papisticā illam sententiā,  
sed obuiabat serenior lux, quam, si ad tenebras redeun= dum censuisse, cōtemnere potuisse, & possem. Atq; me terret quod ad Hebreos. 6. ὥπερφείτως occlama= tur. Proinde, exoticum nihil, ὡς φευδομυσής  
ui inferam, sed alijs liberaliter communico, quo ego  
adiutus sum. Et sunt adhuc qui probaturos se scriptis  
pollicentur, mala in hac re conscientia me ad scriben= dum profiliisse, quod tunc præstabunt, ubi mendacium  
argumētis euincere esse ueritatem. Verum, quia hæc ar= cana sunt cordiū, nunc parū accomoda, sed in die τῆς  
ἀρκελύτεως ad persuadendū efficacissima, & eā ob= rem, euidentioribus nunc indicijs ostendā, qui nam alie= nos & incircūlos in Dominicū templū, hoc est in hæc  
scripturæ uerba, introducant. Christus utiq; in scripturis  
tractandis scopū monstrauit non contemendum, quum  
& ipse legis falso argueretur esse destrutor (quas illi  
gratias habebimus, quod & hoc opprobrio uulneratis  
auribus suis, nostras corroborauit) Et quem monstra= uit scopū? Non quero, inquit, uoluntatē meam, sed uolū= tam eius, qui misit me Patris. Si ego testimoniuū perhi= berem de me ipso, testimoniuū meum non esset uerū. Et  
iterum dicebat: Quomodo uos poteslis credere, qui glo= riam, quæ à solo Deo proficitur, non queritis? Et ite= rum: Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me.  
Si q; uoluerit eius Doctrinæ obtemperare, cognoscet de-

AD TEOBALD. BILLIC.

Doctrina, utrū ex Deo sit, an ego à me ipso loquar. Qui à semetipso loquitur, propriā gloriā querit. Qui autem querit gloriā eius qui misit ipsum, hic uerax est, et iniustitia nō est in illo. Hinc probabimus quis in scripturis expendendis, dexterior. Nā si duo contendant, & unus Deo plus, alter uero minus tribuat, ille nimirū scripturæ sensum germaniorem tribuit, hic autē Mangonem agit. Quippe quū sacrarum literarū author sit Deus spiritus sanctus, nō poterit ille inspirādo suæ gloriæ de esse, quā ubiq; saluam, præ omnib. uult, atq; is erit sensus nativus, et nō nothus, hoc est humanus. Ex celi gratia, Legimus dominū non potuisse facere uirtutem illā, nisi quod paucos infirmos, impositis manibus sanavit, in patria sua. Ibi cuipiā litera & caro impotentem Christum de pingunt, cuius uirtutē adeò uincat aliorū malicia, ut nequeat, repugnantibus illis, ubi, uel quantū uult, operari. Igitur hac argumentatione, ij qui natura increduli malebunt increduli. Spiritus autē qui Dei gloriā interire nō sinit, statim subreptionē impiam emendat, & deo ad scribit quod rectius est, docens summā esse potentiam, nihil indecenter posse agere. Deus. n. si quippiā agere se indignū posset, utiq; et peccare posset, id qd' foret peccare, et nō posse. Interpretatur itaq; spiritus eu nō potuisse facere signa, ppter id quod sequitur, nēpe ppter incredulitatē, quā admirabatur. Quia. n. illi cōtenebant dona maiora, quæ eis data, cōsuetudie ac doctrīa Christi, merito denegātur eis et miora, addo ex Euāge indigni erāt

IOANN. OECOLAMPAD.

qui super maiora constituerentur, minora male dispensantes: dicit igitur spiritus: Tantum malum esse incredulorum impietatem, ut indigniant, quibus ultra beneficat Deus, nec decere Christum, ut in tam ingratos, suam benignitatem exerceat, & quum eum non deceat, certus est, deum non posse, id quod fuerit maxime potentem esse, etiam si litera potentia simpliciter neget. Neq; hoc repugnat spiritui, ut intelligamus his uerbis, morositatis incredulæ Christi tenuisse, ut id non possit, quod no oblectet, sicut apud Iesaiam. Non poteris iniquitatē & coetum. Et Matth. 17. O natio incredula, quamdiu ero uobis cum: quamdiu patiar uos: Sicut & uulgo nos dicimus, nos non posse facere, qd' non iuuet, uel no deceat, id qd' & iurisperiti in ore habent, id no possumus, qd' iure no possumus, unde sicut in exemplo dato, cū uerbū contentioso ethnico, cōtemnēdi Christū ansam porrigat. spiritus, glorie dei studiosum, in uiam rectā dirigit, sic & in nostra causa, litera sonans, Hoc est corpus meū, puerili ter sapienti, impanatū corpus Christi dicit, spiritus uero aurem uellat, & ad sublimiora ducit, admonens ne quid pruinciemus uel sentiamus Christo minus decorū.

Christi gloria testatur, qd' beato corpore cōscende rit in cœlū & sedeat ad dexteram patris, in electissimis bonis, unde & uenturus sit. Optandum magis, ut præsens uirtute, q̄ corpore, suppetias ferat: gloriosius fuerit, ut uirtute sua opituletur absens, q̄ citra utilitatē nouā, præsens. Quid, oro, glorie accedit Christo, si carnem, modo quo

## AD THEOBALD. BILLIC.

quo tu uis, habeamus in mensa uel, quā utilitatē inde capimus? Quod subdo, quia undecūq; pīj cōmodū sentiūt, ad gloriā dei redundat. Spiritus autē manifeste clamat, carnalē manducationē inutilem. Igitur nō fuerit humānus, aut proprius sensus, id assērere, qd nullus articulus fidei prohibet, & qd magis gloriā Christi uindicat, q̄s ueterū pro articulo fidei hunc statuit unq; quis episcoporum dum ordinaretur sic docturū se iurauit? Donec uenit pontifex, qui se pulpificē uocari ægretulit. Quis ilū docendū suscepit, anteq; Papistica illa Ecclesia in scripturis pro libidine sua dominari, & qd somniabat, uisitōnem domini affirmare cepit? Vae nobis si secus egerimus. Dicit. n. Malachias. Et nunc ad uos mandatū hoc dō sacerdotes. Si nolueritis audire, & si nolueritis ponere super cor, ut DETIS GLORIAM NOMINI MEO, ait Dominus exercituū, mittam in uos maledictionem.

At dices, hoc ouillo amiculo & lupi se uestiūt, cōmūniter. n. gloriā domī præteximus omnes, quin & Notarij etiā in prophanis stipulationibus, à nomine domini exordiuntur. Prætexuit & Cayphas nomen domini, quid nunc causam discernet? Tantū ualebit meum p̄par quantū tuū oī, Scio mi frater quod uix quissiam sit, cui sacra curæ, qui nō idem pientissimus, ac fideliss. diuinæ gloriæ, præco haberī uelit. Omnes Christū in ore habemus, sed nō pari fide, fides aut̄ quæ sincerior, ex collatione deprehendetur, collatione, inquā siue cū alijs dilucidis scripturæ uerbis cōseratur, siue opponatur suo cō-

IO ANN. OECOLAMPAD.

trario, magis autem expedit utramq; ad canonicae scripturæ lucernā proferre. Et quia salebrosa & obscura multa sunt in literis, pro cōpendio habet, q̄ doceri cupiunt, ut semp ex manifestioribus ad abstrusiora penitrēt.

Gratias hic sententiæ mee agere posse, moxq; opinione tuam ad uerba domini. Hoc est corpus meum: conserre, & uelut uictor (ut multi solent) exclamare, quid adhuc opus testimonij? Quid obscurantur quæ manifesta? Nihil hoc dicto dilucidius, Plausibilior autem futurus erit triumphus si, & quod ego sentio, ad eorum uerborū regulam perpenderis. Hui quantū discessisse videbor, quandoquidem ego panem sacramentū & memoriale uoco corporis domini? Dominus uero dicat, hoc est corpus meū: Quomodo hæc quadrant? Hæc tui. Patienter autem & me audies, scio.

Sunt quedam in speciem, ut primū audiuntur manifestiora, minus tamē nota, quam ad ueritatem uenire cūpienti, opus sit. Iam qui ueri indagandi studiosus fuerit, non mox stupescet, & addicetus erit inicio sermonū sed cogitabit quid sapiens Solomon monuerit, dicens: Melior est finis orationis, quam principium, id quum in cottidianis negotijs prudenti consultum sit, quanto magis in diuinis rebus necessarium? Verum est, si quis imprudentior, rigescientia uerba hic iuxta Gramaticen rapiat, negotium omne iam confectū iurabit. At si aperitis oculis: ut aiunt: pugnantes in speciem scripturas. & circumstantias expenderit, pronunciabit obscuriora fuisse,

AD THEOBALD. BILLIC.

fruisse, que antea clara dixisset. Adferam autem ali= unde exemplum. Absq; controuerfa, perſpicua uerba Christi ſunt dicentis in cruce: Mulier ecce filius tuus, Iam ſi quis ignoraret Mariam δεπταρθέον, & Ioannem Zebedæi ex alia filium, nonne paucis illis uerbis auditis, que ſole meridiano clariora uidentur, maxime ſi non poſſe mentiri ſciat Christum: contendendi anſam caperet, Ioannem e Mariæ utero prognatum? Nonne, quod quidam tuorum facere ſolent, ecce dicet, manifeſtiss. uerba: Nullis hic opus Sybillis, uel Oedipodibus, nonne & adiunctio uerborum, quod Christus mulierem dicit? Et iterum Ioanni: Ecce mater tua, ſententiam eius conſirmaret? At ubi compererit, Mariam uirginem, & aliam Ioannis matrem, abſq; commentario, ſpirituſum ſanctum non arguet candoris, & Tropum ſub eſſe ſermoni teſtabitur. Idem & ἐν ὑλῇ τῇ ὑπηγμένῃ eueniet. Manifesta uerba ſunt, non attendenti articulos fidei, prætereunti circumſtantias, non curanti quid ali= bi dicant ſcripturæ, at ſi tota rei ſeries coniungantur, ſi aliae ſcripturæ cōponantur, ſi gloria Christi trutine= tur: Liquidum erit, indignum eſſe ſpiritu, mordicus te= nere uerbum, & abſque interpretatione pro litera cer= tare.

Obscuritas itaque illuſtranda erit, non ex uerbis tantum propositis, ſed ſimilibus ſcripturis adhibitis, & circumſtantias non neglectim præteritis.

Neutiquam obſluctaberis opinor, & huic Canoni,

IOANN. OECOLAMPAD.

Et non tam unum locum, quam collatione scripturarum,  
libens amplexaberis. Nam licet quatuor in locis: Hoc  
est corpus meum, reperias: Ita tamen uerba haec relin-  
quuntur, quasi in uno duxerat loco reperta essent, ut nō  
huius ad lucem parandam, emolumenti adcedat. Er-  
gone ad unum locum scripturam torqueremus? Non  
ita edocti sumus.

Similiter autem ridiculi erimus, si probaturi, nō  
esse hic figuratum sermonem, sed rō̄es, substantiae ac-  
cipi, et corpus in nativo relinqu sermone, probando  
principium petamus, dicentes: Panis accipit uerbum. An  
non istuc petebatur principio confirmandum, panu hunc  
honorem datum, ut incipiatur esse corpus Domini? Satis ne  
fuerit dicere, panē hoc modo accipere uerbum, ut sit sub-  
stantialiter corpus, et nō ut figuret corpus? Quod si bel-  
lum fuerit ac honestū ita argumentari, simili contentio-  
ne certabimus, calicem esse sanguinē, et neq; metopu-  
mīas admettemus, sed dicemus calicem recepisse uerbum.  
Et quid lucri habebimus ex disputatione? Contentionē  
et cetera quae carnis sunt: Quid ad me, si sexcenties  
clament: Templū Domini, Templū Domini, Templū Do-  
mini? uel etiā quod id: Verbū domini, Verbū domini,  
Verbū domini? Si quidē non queratur illa, quā requirit  
spiritus in uerbis sinceritas. Sicut et nihil gratius, si can-  
dide tractetur, id quod contemnitur ubi ubi. Verū haec  
alijs dicta sunt obiter, nos ad ea pergamus, quae promisi-  
mus, ut ex Euangelistis enitescat, num proprio sensu  
scripturas

AD THEOBALD. BILLIC.

scripturas dilaceremus: Veniemus autem (ut dictū est)  
ad ueritatem ipsam, si à manifestioribus, ad abstrusiora  
ingrediamur. sunt autem in scripturis ferè magis abdi-  
ta, quæ prius tradita. Eadem tradunt Prophetæ, que  
Mōses: sed non tam recondita in uolucris & ænigmatis.  
Eadem & Euangelistæ docent, quæ illi, ita ut uerbo Do-  
mini, neq; ad crescatur, neq; decrescat aliquid, atq; idem  
sit in perpetuum, sed lucis sunt pleniora, & perspicua  
magis. Et in his quoq; obseruatum est, posteriores di-  
lucidius tradidisse, et supplesse, quod præteritum ab a-  
lijs. Iam quid Paulo absolutius, qui omnium moribus  
se adcommodare poterat, omnibus omnia factus? Qui  
Christi organum, qui Gentium Doctoꝝ, Sapientiumq;  
& insipientium debitor? Quid eo eruditius qui in coelo  
tercio fuit & regnabat? An non & ipsum spiritualem ac  
sanctam quandam incuriam posterioribus Epistolis,  
resarfisse adparet? Nonne parum aberat in priore ad  
Theſſalo tardiusculis offusas tenebras, & erroris ad-  
ministratiſ ſomitem, quaſi dies Domini uicinus eſſet, id  
quod & ex alijs Epistolis poterat coniectari, dum uult  
uiuentes, cum timore aduentum Domini expectare? &  
pollicetur ipſos, qui reliqui in aduentu Domini, domino  
occursuros. Non multum, inquam, aberat error, niſi  
posteriore Epiftola, eius diei indicia prævia, præmoniu-  
iſſet. Ampla itaq; preſcriptionum maiestas, ſed  
tanta non eſt quæ posteritatis, eundem ſpiritu ſortitæ,  
interpretamentum refuat, Ian Euangelistarum primi

## IOANN. OECOLAMPAD.

Scripsisse omnium consenserentur, Matthaeus et Mar-  
cus, solide profecto, indubitateque dei spiritu: sed clario-  
ra sunt pleraque, a posterioribus, Luca, Ioanne et Paulo  
tradita. Id sane cum in aliis, tu in ijs quae ad coenam Domini  
adimentum, perspicuum fuerit, qua in re fideliter spiritus  
sanctus nostrae tarditati consuluit. Gaudemus, Sat Resi-  
næ est in Galaad (ut dicunt) Sat thesaurorum ab Apo-  
stolis, patribus repositum est, modo nos, ut bonæ frugis  
filij, posito contentionis studio, quid doceant, uideamus.  
Quamvis autem plus lucis in ijs, qui scribendo posteri-  
ores, attamen quando et hoc in disceptatione, ab aduer-  
sariis non statim extorquetur, exordiamur uel ab eo,  
qui prius scripsisse traditur, Mattheo inquam, et uide-  
amus num nostra, hoc est, Catholica sententia, satis intel-  
ligi et deprehendi ualeat. Me sane et mediocriter ini-  
ciatum, ne quaquam offendit, uel sola illius lectio, immo  
multum confirmat, etiamsi uerbis illis: Hoc est Corpus me-  
um, nihil addatur ultra ea, que habet contextus, et po-  
steriorum Euangelistarum, post habeatur enarratio. Nam  
et hic plus sensus se offert, nec finit ut interim alienus  
temere, nisi ualde somniculosis, uel errore preoccupatis,  
obrepatur. Atque mirum est, quo pacto inuulnerit impie-  
tas, sed quid miror? Hypocrisis et impietas nostræ lon-  
ge grauiora meruerunt, utinam illarum tandem finis  
nuncietur. Neque ea, que ante coenam, negligenda  
Non ex circumstantia uberioris ueritas colliquescat, quam qui  
non curant, nimurum si subinde labantur. Dicit igitur.

Ex

## AD THEOBALD. BILLIC.

### EX MATTHAEO.

**P**rimo autem az in orum, accesserunt discipuli Iesum,  
dicentes ei. Vbi uis paremus tibi, ad edendum Pa-  
scha? At ille dixit: Ite in ciuitatem ad quendam  
& dicite ei: Magister dicit. Tempus meum prope est. A-  
pud te facio Pascha cum discipulis meis. Et fecerunt disci-  
puli, sicut constituit eis Iesus, & parauerunt Pascha.

Attendo hic quid nomine Pasche discipuli intelli-  
gant, nimurum agnū illum, qui solemini ritu cedebatur,  
Atq; adeò statim ipso nomine admonebantur, quid my-  
sterij habeat nomen **פסח**, & unde originem sumpse-  
rit. Neq; .n. cōmune agnorum nomen erat, unde si mul-  
ti agni, tunc uni patri familias obuenissent, nō fuissent  
omnes dicti pasche, sed solus ille nomine erat habiturus,  
qui ad prisci agni memoria celebrandā assumebatur.  
Erat ergo representator agni eius, qui olim in Egypto  
mactatus fuit. Quāuis autem & dies festus pascha di-  
cebatur, cognominatus tamen dies magis ab agno,  
quam agnus à die. Proinde & scripture frequenter dī-  
em, uel festum adpellat pasche, ut Exod. 34. cap. Neq; re-  
sideat in manu, de uicimo solennitatis paschae: Certum  
autem & agnum sepe pascha dici, Ut quim dicitur: Et  
immolarunt Pascha, Exod. 12. &c. i. Paralip. 30. quod  
non licet exponere diem festum eo loco. Quis. n. mactat  
diem uel festum? Similiter hoc loco: Ut edamus Pascha,  
non poterit quis interpretari, ut edamus diem festum.  
Aut si ita placet, faciamus etiam ex azymis & lacru-

IOANN. OECOLAMPAD.

etis agrestib. diem festum, cō quod & azymorum diem legimus. Ut n. paschæ festum, uoces pascha: et ob agnum & ob eandem memoriam transitus, recte dixeris, sed contra, nō item. Et spiritus sanctus exponit pase: Ex odi. 12. Victimam transitus domini: non exponit, dies uictimæ domini. Quomodo uictima transitus, & cuius? Exponit & hoc, eius que immolata, quando transiuit dominus domos filiorum Israël, percutiens Aegyptiæ, & domus nostras liberans. Neq; rogant filij, quis dies ille? Sed que Ceremonie, & que religio, ac quis cultus ille, quo dies tam celebris fit. Accepit ergo statim ab initio tropum, nomen paschæ, ut sequuturi agni dicti pascha, Aegyptium representarent, unde assuefieri ad nomen paschæ ceperunt.

Porro, Apostoli suscepito mactandi agni munere, nō paruum recogitandi beneficij, patribus exhibiti: occassione nocti sunt, adiuuari quoq; eo fidei exercitamento facile poterant, ut & ampliora sibi, de Dei misericordia pollicerentur, qualis fermè patrū fides illa, quæ deo in rebus corporalibus placuerunt. Nimirum, ut fieri solet: religiose agnum salutabant. Tu innocens quidem pœcus ac simplex, sanguine tuo paternorum tabernaculorum tuorum, minime somniculosus fuisti custos: tu pro liminibus, inermis armiger, exterminatorem illum terribilem auertisti. Tu primogenitis nostris, mortis expositis periculo, tuo cruento salutifer fuisti medicus. Tu retributionem septuplam, in sinu Aegyptiorum,

nos

## AD THEOBALD. BILLIC.

nos in luto ac latere fatigantū desideratus nobis uindex fuisti. In hoc nimirū, & ad alia fortassis, quae reconditiona mysteria, quae nobis nondum innotuerunt, à deo delectus, festum diem præstabis. Verisimile profecto id genus sermones tractatos. At tam stupidi non erant discipuli, nec tam iniqui tropis, ut sermonem ad agnum præsentem conuertentes, illum imaginarentur Pythagorica palingenesya redhibitum, uel in ea binos mactari & manducari, unum qui uidebatur, & alterum qui & olim comes uerat.

Quando autem memores fucre uerborum domini, qui dixerat: Tempus meum prope est (aut quomodo minus recordarentur, id quod iussi annunciare patris milias?) intelligebant certe Christum occidendum, post tam crebram admonitionem, tametsi uerbum de resurrectione, uocationeque gentium nondum caperent. Verisimile igitur fuit, & hæc secum cogitasse. Ecce, si preceptor noster occidendus, uere non minore innocentia, quam agnus ille prædictus est, uere non minus mansuetus est. Talia autem si Philosophati fuerunt discipuli in agni mactatione, non propter ea magnatum, uel presentem dixissent, longius adhuc in itinere absentem, tametsi agnus interim, sanctius quoddam fieret Sacramētum, quod certe Iohannes cognouerat, dicens: Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Opinor autem, quod Ieremiā quoque ac Iesaiā & Dauidem non latuerit. Certe Paulus tantum non luxurians in tropis, decenter

IO ANN. OECOLAMPAD.

inquit: pascha nostrum immolatus est Christus. Norunt  
et illi qui dicunt: Dignus es accipere librum et signa=  
cula eius, quoniam occisus es, et redemisti nos per san=  
guinem tuum. Tenuia quidem sunt hec επιχρυσα μετα=  
sed a proposito non abludentia, nam sermonum Tropis,  
Sacrarum literarum studiosos, assuefieri oportet.

Nunc ultra uideamus, quid Euangelista dicat, omnia  
enim nos manuducunt.

Vespere autem facto discubebat cum duodecim et ce=

dentibus illis, Dixit: Amen dico uobis, quod unus uestru

me proditurus est. Et tristes redditu uehementer, cepe

runt singuli dicere ei. Num ego sum Dominus? At ipse re

spondens, dixit: Qui intinxit mecum manu in Catinu, hic

me proditurus est, filius quidem hominis uadit sicut scrip

tum est. Vae autem homini illi, per quem filius hominis

proditur. Bonu erat ei, si natus non fuisset homo ille. Re

spondens autem Iudas: Qui tradidit eum, dixit: Num

ego sum Rabbi? Ait illi: Tu dixisti.

Quid haec, dixerit quis, ad sequentium uerborum ex=

planationem? Nonne περικοπή ista solius Iudei im=

pietatem detegit? Multum profecto. Sed ante=

quam indicem, quomodo, Consideremus, qua Paschæ

ritum scruantibus, fuerit consuetudo. Comedebant

festinanter, stabant calceati. Baculos in manibus fere=

bant, azimis et lactucis utebantur, Quarum obser=

uationum religione, fugam et exitum ex Aegypto re=

memorabant. Neque enim frustra et absq; intellectus

Symbola

AD THEOBALD. BILLIC.

Symbola celebrasse, et ea, propter quæ instituta neglexisse, existimare debemus, eò quod Euangelista dicat. Discunt̄bebat cum discipulis, nam eo uerbo scriptura ostendit, quod se coenæ perficiende aptarint, fortassis quidam stando. Utique sub hanc horam, Iuda proditore obseruante, aliquid ex præcipuis in lege præceptis omni, Christus non probasset. Qui igitur omnia alia legitima curabant, id quod præ alijs mandatum. Grammaticarum actionem, & memoriam rei commendare, non intermittebant. Inhortati sunt itaque mutuum, uel etiam ipse Christus in hortatus est, uerbis quæ Moses dixerat: Edite, est enim Pascha Domini (non iubet diem comedere, sed Pascha, hoc est, Agnum) aut certe apertioribus uerbis. Victoria est transitus Domini, quando transfiuit domos filiorum Israël, percutiens Aegyptios & domos nostras liberans. In quibus uerbis Tropicus sermo nihil morabatur, quin cognoscerent Agnum esse victimam, id est, immolaticiam percutē transitus, hoc est, monumentū & memoriale eius, que olim mactata, et conspectus eis sanguis, transfire domos filiorum Israëitarum fecit Angelum. Et quid obiectant, nomen Paschæ in hoc contextu Mosi, ad Religionem dumtaxat pertinere, ij qui nos ex Hebreo docere conantur? Annon sic legimus apud illos,

וזהו כריאבורי אליכט בניכם מוה העברת הוצאה לבכם: ואמוריהם ובזה פרשה חוויא ליהוות אשר בפקח על בתיהם בני ישראל במצרים:

IOANN. OECOLAMPAD.

¶ erit, si dixerint ad nos filij uestrí. Quæ Religio ista  
uestra et dicetis: Victima Paschæ ille domino, qui tran-  
sist erga domos filiorum Israël. Dicant quomodo apud  
Hebræos conueniat dici עֲבָרָה quod fæmininum, &  
adiungi postea masculinum אֶחָדָה? An non rectius retule-  
ris ad אֶשְׁׁוֹ, hoc est, Agnū, qui domino est uictima tran-  
sus & interim attendito ad mysterium, quis agnus  
ille immaculatus, masculus, anniculus, electus. Non video  
ut referam אֶחָדָה ad religionis עֲבָרָה nomen, quod est  
fæmininum, neq; cōuenit, ut diem uictimam dicas. Quæ  
igitur alia uictima quam Agnus? Agnus itaq; nomine  
tropico Pascha dicitur. Ab hoc ueteri ritu confessum  
est in coenam, quæ pane & uino constabat, ut quod re-  
liquum famis expleatur. Hic tum Iesus proditionem suum  
monere, passionemq; patefacere, quam ante auct modis  
inculcarat. Valde n. nobis Dominica P A S S I O N E M  
comendari expediebat, unde toties à prophetis pre-  
dicta. Ioannes uocarat Agnum Dei, Nycodemus audierat  
exaltandū sicut serpentem æneum in deserto, Petrus ut  
filium Dei dixit, & mysterium passionis audijt. Contule-  
runt & in monte de excessu Christi, Moses ac Elias. Ea  
autem ut Christus obfirmavit faciem, uersus Iherusalem  
uadens, non semel predixit, nempe quum Pharisæi fugi-  
gererent Herodis insidias: quum illuminaret cœcum,  
quumq; responderet Zebedæi filijs, num possent calice  
bibere, quem ipse bibiturus erat. Quum deploraret ci-  
uitatem. Quum ungeretur à Maria, quum ante diem se-  
sum

## AD THEOBALD. BILLIC.

stum Iherosolymis docens exaltandum se diceret, et gratiū nisi emortuum, non fructificaturū, quum in parabolis indicaret soluendū in triduo templum, & filiū uiue h̄eredē occidendū. Et quanto propius erat tempus, tanto minus occultabatur: repetit ergo ex in coena, quasi diceret: Agnum edimus, ecce alter agnus immolandus multo mansuetior, multoq; innocentior. Horretis utiq; à facinore, utpote crudelissimo, nam ter maximum est, patratoriq; in malum summum cedet. At nihilominus res tam certa est, ut etiam unus ē uobis, & in catinum intingentibus, me agnum immolandum tradet. Ceterū, scripture illō tendunt, ut futuram dicant proditionem, & mortem, quia à patre ita praeiūsum, eō quod uobis profutura plurimum, & longe amplius quam agni nō rationalis occisio.

Dum igitur adhuc uesperentur, et in ueteris ritus memoria subsisterent, ut adhuc multo amplius passionib; cōmendaretur. Accepit (inquit Matthæus) panem, & quum gratias egisset, fregit, deditq; discipulis, & ait: Accipite, comedite, Hoc est corpus meum.

Quod uerbo sēpe docuerat, nunc uerbo ex sacramento magis instillat. Solent n. quæ uidemus, magis mouere ijs quæ audimus. Accipit igitur, panem, cibum parabilem quam agnus, magisq; familiarem, quò alterius, hoc est, suam & innocentissimi agni mortem, cōmendet. Gratias egit, & fregit, ut ostendat se cū gratiarum actione fractionem, hoc est, mortem corporis sui susci-

IO ANN. OECOLAMPAD.

pere. Et ne lateret eos signi interpretatio, uerbo quoq;  
docet. Accipite, comedite, Hoc est corpus meum. E qui-  
bus uerbis, quem alium sensum discipuli primum cape-  
rent, quām quod dicatur eis. Ecce, in hunc modum age-  
tur cum corpore meo, tradetur, frangetur, hoc est, occia-  
detur: & quod uidabant in pane fieri, hoc apud se disce-  
bant accendentibus uerbis Christi, in corpore Christi ad  
impleri debere. Euidens profecto passionis predictio, et  
qua uix alia euidentior. Quām salutaris futura esset eius  
mors, docebantur, cum per gratiarū actionem, tū quod  
iubentur & accipere, & comedere. Abhorretur  
utiq; & à pane, siquidem mors Christi, quæ fraktione  
panis commendabatur, infructifera esset, Christumq; no-  
bis poenitus auferret. At quum uitam illa peperit, pa-  
nis, qui beneficij testis est, magna gratulatione, animiq;  
desyderio suscipitur. Et sicut desyderabile erat agnū  
manducare, ita iucundum credentibus est, & de pane  
Dominico edere. Vides, ut apertus, sensus uerborū fiat,  
si series coherens cum iudicio spiritus, conferatur? Vi-  
des ut nullus alienus irruperit sensus, sed simpliciter qui  
offertur, non respuitur? Quod si alius subest, is nobis  
nondum reuelatus, & propterea illū docere non aude-  
mus, sed ut ἀλόφολος preijsimus. Qualis ille sensus est,  
Hoc est corpus meum, id est: In hoc pane est corpus do-  
mini, uel hic panis substancialiter est Corpus Domini.  
Quomodo n. talem, uel imaginari possumus? Nunquid  
Apostoli etiam tale quiddam de Pascha sunt imaginati  
& dixerunt,

## AD TEOBALD. BILLIC.

¶ dixerunt, in Pascha, id est, in agno Paschali esse uisitam Paschæ Domini, agnum illum ægyptiacum, olim consum, id quod nō minus domino possibile, quam quod corpus Christi in pane. Certum ab illorum sensu abfuisse Apostolos, irrefragabile indicium fuerit, in re tanta eos quo quis pisce, fuisse magis mutos. Aut si cognoverunt, in cultu & gratiarum actione parum reuerentes. At pio ac simplici animo facile imotescit, quid per panem dicserint Apostoli. Aperiam autem rem similitudine, opinior non inepta.

Acceptit Philippus Rex in signum amoris, & suscipiendo regni, annulū imagine patris Caroli insignitū, quem omnibus amicis inter conviuia ostentat, dicens: Ecce Carolus, qui me regno donauit, uiteque; mihi Author. Sic autē annulū uocat, eō quod imaginē tanti benefactoris gerat. Idē morti uicinus, iterū ostentet eum numerum filii, & dicat: Ecce, Carolus qui uos regno donauit, & uite uobis author. Nemo tunc illorū: qui Annulū uiderit, è mortuis reuocatū Carolum in annulū dicet, sed omnes cognoscent, id quod est, monumentū & pignus amoris, ac memoriale beneficiorū. Porrò, si illo submoto, nouū anteaque; nō uisum depromat, sua effigie insignitū, porrigitque; ac dicat: Ecce, Ego Philippus, uel, Hec est facies mea, huc habetote in mei memoriā. Nonne manus foret, qui cōtenderet ac clamaret: uerax est Pater meus (ut detur ei interim in hac re opotentia) dixit annuli effigiem Philippū, ergo est ipsiss. Philippus? Nonne

## IOANN. OECOLAMPAD.

is planè alienum sensum inueheret? Contra, qui memo-  
riam commendatam cognoscunt τῷ μνημονίῳ quo  
modo taxabuntur ut rudes? Similiter se habent quæ  
in Coena contigerunt. Prolatum est primo memoriale  
redemptionis ex Aegypto, agnus qui dicitur pascha,  
et non ignorabatur nō esse agnus Aegyptius, sed sym-  
bolum ac Sacramentum, sicut annulus Carolus. Postea  
sic initiatis, datur et panis, qui nomen accepit corpo-  
ris Christi, in memoriam recentis et maioris beneficij.  
Quid opus est noua intelligentia se torquere, ex aliter  
de pane qui est corpus, quam de agno qui est pascha, lo-  
quis? Age si non piget et aliud exemplum accipito.  
Ostendo primum in speculo pomum, quod illi opposi-  
tum iacet, et dico: Ecce, pomū quod in hac uel illa arbo-  
re natum. Nemo est tam incogitans, nisi supramodum  
puer, tale pomum figuratum, in arbore natum esse: sic  
et nemo agnum illum, quamvis sit pascha, dicet macta-  
tum alterum in Aegypto, tame si agnus presens, absen-  
tis et eius qui olim occisus, effigiem gerat. Deinde si  
in alio speculo ostendatur botrus cum uerbo. Ecce, Botrus  
qui dat uinum, quod inebriat homines. Quis tam moti  
cerebri esset, ut ante a etiam in speculo eruditus de po-  
mo, nunc de Botro nolit erudiri? At dicet quis: Non  
est eo modo in pane effigatio, ut in annulo uel speculo:  
in modo, inquam, non minor, panis enim sua natura quia pa-  
scit, et ut pascat, datur et frangitur, quia corpus panis  
dicitur, credulus statim discet, quid de corpore doceat,  
nempe,

AD THEOBALD. BILLIC.

nempe qđ sua fractione pascat, & in uita cōseruet. Po-  
tuisset sane Christus agnū denuo, loco panis substituisse,  
& fuissest nō tantū opinor difficultatis. Si dixisset, alio  
demonstrato agno: Hoc est corpus meū, id est, sicut prior  
agnus, quē edistis, est in memorīa agni in Aegypto occi-  
si & paschæ, ita hic agnus quē nunc comedendo propo-  
no, est in memoriam mei corporis, qđ pro uobis occide-  
tur. Verū nō debebat maior difficultas occurrere, quod  
panē recepit in manus, & his uerbis cōmendauit. Dece-  
bat n. panē eligi, nī magis parabile materia, et ad signi-  
ficandū nō minus idoneā. Etenim ut agnus occiditur,  
quo posset comedī, ita et panis frangitur, ut sit manduca-  
bilis. Vide aut̄ ex hoc, qđ agnus primus, qui in Aegyp-  
to mactatus, sua natura nō fuissest nec est tantus, ut ex-  
terminatorē auerteret, sed per benignā dei uoluntatē,  
qui promiserat, Israēlitas protexit, figurans eū qui pro-  
tegebat: inō agnus ille nō defendebat, sed noster agnus q̄  
peccata mundi tollit, in quo bene placitū patri: tametsi  
crassiores illū ignorarint. Esus erat agnus, & sanguis  
inficerat postes, factaq; est liberatio, facta semel libera-  
tiōe, ritus ille perpetuus factus est: Sed nō erat populus  
iterum ex Aegypto liberandus, neq; Aegyptorum pri-  
mogenita perdenda.

Quid faciebat igitur agnus: memorīa referebat gesto-  
rū, & fideles misericordiae diuinæ admonebat ulterius  
expectādæ. Et corpus utpote caro, p se nō fuissest tantū,  
ut liberaret etiā occisum, nisi Christi fuissest corpus, &

IOANN. OECOLAMPAD.

uoluntario oblatū in spiritu sancto, & semel quidē ob-  
latum, perpetua nos libertate redemit, nec opus est ut  
angelus domini iterum percutiat primogenita, id est, ut  
Christus triumphet mundum, & principes tenebrarū.  
Itaq; agnus ille, quantum ad liberationem adtinet, figu-  
ra erat corporis Christi, qd' fidelissime deliniebat. Sed  
quantum ad religionem adtinebat, nostræ cœne præli-  
debat, uiamq; preparabat. Vbi igitur de redemptio-  
ne fit mentio, non dicimus corpus Christi figuram alte-  
rius nostræ redemptionis, uel alterius Christi, quem ex-  
pectemus. Absit, sed ueritas est, nam in cœna de corpo-  
re suo testabatur, qd' tradendum, & occidendum. At  
ubi spe & tauri ritus Ceremoniarum, sicut agnus memori-  
am alterius refricabat, nō presentis, & eius qui omnino  
non erat ultra, ita & panis mysterium est corporis, qd'  
in cœlo sedet: sicut n. postquam ex Aegypto exitum, nō  
erat ultra percutiens, & nec in ipsa cœna aderat appa-  
rendo angelus, quamuis futuræ liberationis, eximia es-  
set fides, ita & hic etiā in cœna nō erat in pane corpus,  
neq; panis corpus: adsidebat autem corpus illud in quo  
apparebat angelus magni cōsilij, uerus homo factus, &  
ea nocte percuſit & uicit mundum. Plana hæc sunt, et  
morari nullum deberent. Et nos credimus deuictos Ac-  
gyptios spirituales, & proinde in memoriâ rei, edimus.

Est autem & aliud exemplum, quod & ipsum ad  
rei manifestationem conduceat. Serpens exaltatus in  
deserto, per se neminem curasset, curauit autem facta  
promissione

## AD THEOBALD· BILLIC.

promissione. Non accepit tunc internam vim ullam,  
neq; DEVS VERBVM coadunauit se serpenti,  
ut quis serpentem substantialiter uerbum dicat. Deus  
autem opus suum operabatur, remansit serpens ille in  
multa secula.. Sed quid faciebat memoriam beneficij  
conseruabit; plebs fulta et idolatrie dedita, suspicata  
est serpentem illum plus esse quam æream serpentis  
figuram, et cōtinere latentem quandam vim diuinam.  
Proinde Ezechias iustissimus Rex, zelo dei, illum con-  
trivit, ut idolatriam aboleret. Subrepsit et hic in  
pane, pro eo quod erat in memoriam corporis, ut pro  
ipso corpore habetur. Nimurum si Christus imagi-  
nem crucis probasset, idolorum nullus esset finis, quum  
etiam absq; uerbo dei inuenies multos simplices, qui ar-  
bitrent etiam lignum et figuram crucis multa posse,  
ita ludificante eos Diabolo, ut uerum crucis honorem  
extinguat.

Olim certum est rudes Catechumenos, non suisse eo  
modo eruditos, in re mysteriorum, quemadmodum ho-  
die: ut est uidere apud Augustinum, ( liceat nobis ut  
uiri sancti, deque re Christiana bene meriti, facere  
mentionem ) quod neutquam debuerant, siquidem igno-  
rare corpus Christi in pane, tantum et incondonabi-  
le peccatum, propter qd' Christianis usq; ad sanguinis ef-  
fusionem, et ciuitatum destructionem, tumultuari liceat: Et uia  
de quo instituat, et quo usq; uerba eius, Sacramēta, sig-  
nacula rerū diuinarū uisibilia esse, et per eas illas hon-

IOANN. OECOLAMPAD.

norari, nec sic habendam esse illam speciem, benedictione sanctificatam, quemadmodum habetur in quolibet usu: Dicendum etiam, quid significet sermo, quem audiunt, & quid in eo condit, cuius illa res similitudinem gerit. Sic instituebat Augustinus. Haud dubium quin non aliter institutus ab Ambroſio. Per signa dicit res, honorari quarum sunt signa, non dicit res contineri in signis, sed ea gerere similitudinem rerum, quas signant. Aut igitur panem non dicetis esse Sacramentum ex signum, contra omnem Christi ecclesiam, aut panem fatebitini esse Sacramentum corporis. Quod si euictum fuerit, iam sensus noster minime alienus erit ab eo, quo p̄ij fuerunt iſi. Nunquā probabitur idem simul fore signum ex signatum. Quid est autem aliud Sacramentum, quām sacrum signum? At uidemur dum hæc dicimus, nuper nati Theologi. Oro autē, quomodo in his quæ Sacraenta sunt, erudiuit diuus Augustinus lib. 3. de Doctrina Christiana, ubi satis aperte indicat, ubi nam figuratam, uel propriam loquitionem sumere deceat. Cauendum, inquit, ne figuratam loquitionē ad literā accipiamus, ad quod citat illud Pauli. Litera n. occidit, spiritus autem uiuiscat: sed ne uideatur intempestive mutuasse testimonium illud Apostoli (scio enim quosdam tam impatientes, ut putent inexpiabile peccatum, extra contentiosam etiā disputationem, simpliciter quedam, inoffensa fide ex charitate, citari) Quum n. figurata dictum sit accipitur, tanquam proprie

AD THEOBALD. BILLIC.

prie dictum sit, carnaliter sapitur. Neq; illa mors animæ congruentius appellatur, quam cum id etiam, quod in ea bestias antecellit, hoc est, intelligentia carni subjicitur, sequendo literam. Qui enim sequitur literam, trascrita uerba sicut propria tenet, neq; illud quod proprio uerbo significatur, refert ad aliam significationem. Sed si Sabbatum audierit (uerbi gratia) non intelligit, nisi unum diem, de septem, qui continuo uolumine repetuntur. Et quum audierit sacrificium, non excedit cogitatione illud quod fieri de uictimis pecorum, terrenisq; fructibus solet. Ea demum est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, et supra creaturam corpoream, oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non posse.

Audis mi Theobalde, quantū periculum, si figuratus sermonem, in proprium mutauerem? An non putas nobis opus circupectione, ne ex liberis seruos faciamus, ne animas gloria priuemus, qua bestias antecellunt, deniq; ne animas occidamus? Adiungam et alia, que de signis tradit. Excusat plebs Iudeorum, que sub lege Pædagogo signa rerum spiritualium, pro rebus obseruauit, August. nescientes quo referentur, eò quod tali seruitute, uniformium quem non uidebant, placere Deo. Vbi autem Christus uenit, et cessauit Lex, laudantur illi, qui proximi spiritualibus, quamuis in ipsis temporalibus, et carnalibus uocibus atque signis: quamuis quomodo spiritualiter essent intelligenda nescirent, capaces tamen extite-

10 ANN. OECOLAMPAD.

runt spiritus sancti, ut omnia sua uenderet, eorumque præcium indigentibus distribuendū, ante Apostolorum presbyteros ponerent, seq̄; totos deo dedicarent, tanquam templum nouū, cuius terrene imagini, hoc est, templo ueteri, seruiebant. Non enim hoc ulla Ecclesiæ gentium fecisse scriptum.

Dannantur Gentiles, etiā si signa sua, hoc est, idola interpretarentur esse significaciones illarū rerū: unde dicit, si signum utiliter institutum, pro re ipsa sequi, cui significandæ institutum est, carnis est seruitus: quanto magis inutilium rerum signa instituta, pro rebus accipere. Ultra. Christiana libertas eos quos sub signis utilibus inuenit, Iudeos scilicet, interpretatis signis, quibus subditi erant, eleuatos ad eas res, quarum illa signa sunt, liberavit. Et hinc sunt Ecclesiæ Israëlitarum. Quos autem inuenit sub signis inutilibus, non solum seruilem operationem sub talibus signis, sed etiam ipsa signa frustavit, remouitque omnia, ut à corruptione multitudinis simulatorum deorum ad unius dei cultū, gentes conuerterentur: nec sub ipsis iam signis utilibus seruitur, sed exercitatur animum potius in eorum intelligentia spirituali.

Porro, sub signo seruit, qui operatur aut ueneratur aliquem significantem, nesciens quod significet. Qui uero aut operatur, aut ueneratur utile signum diuinitus institutum, cuius uim significacionēque intelligit, non hoc ueneratur quod uidetur et transit, sed illud potius, quod talia cuncta refra-

## AD THEOBALD. BILLIC.

referenda sunt. Talis autem homo spiritualis, ex liber  
est etiā tempore seruitutis, quo carnibus animis nō  
dum oportet signa illa reuelari, quorū iugo edomandi  
sunt, omnesq; in populo Israēl, p quos nobis spiritus san  
ctus ipsa scripturarū ex auxilia, ex solatia, ministrat  
uit. At quorsum hæc omnia? Huc. Ut quid de nostris Sa  
cramentis sentiendū sit, nō ignoramus. Nam eadē ratio  
ne de nostris loquendū Sacramentis: eā propter, ne putē  
tur hæc frustra adducta, subdit. Hoc uero tēpore, postea  
q̄ resurrectione domini nostri, manifestissimū indicium  
libertatis nostræ, illuxit, ne corū quidē signorū, quæ iā  
intelligimus, sed quædā pauca pro multis, eademq; fa  
ctu facillima, ex intellectu angustissima, ex obseruatio  
ne castissima. ipse dominus & Apostolica disciplina, tra  
didit. Sicuti est Baptismi Sacramentum, ex celebratio  
corporis & sanguinis domini, quæ unusquisque quum  
percipit quō referatur imbutus, agnoscit, ut ea non car  
nali seruitute, sed spirituali potius libertate ueneretur  
Hæc utinam secum expenderent diligentius, qui adeo  
temere nos insectantur.

Inter ea quæ figurata accipienda sunt, ponit celebra  
tionē Corporis Christi, quæ vox probe intellecta, ratio  
nē mysterij aliqua ex parte explanaret: celebre n. præ  
dicamus corpus dñi. Qui celebrat amicū, laudibus uirtu  
tē & beneficiā eius extollit, nec ppter ea corporaliter  
adesse facit. Et addit signanter, ut autem literam sequi,  
ex pro rebus quæ his significantur accipere, carnalis

IOANN. OECOLAMPAD.

seruitutis est, ita inutiliter signa interpretari male uagantis erroris est: qui autem non intelligit, quid significet signum, & nihilominus signum esse intelligit, nec ipse prematur seruitute. Melius est autem uel premi in cogitatis, sed utilibus signis, quam inutiliter ea interpretando à iugo seruitutis eductam cervicem, laqueis erroris inserere. Hæc Augustinus de figuratis loquuntioibus.

Vos uultis præsentē pericopen totam Grammaticā, hoc est: literalem expositionem, id autem mortem animæ assert, sicuti & Origenes ante eum dixit: uos nostrū sensum dicitis scripturarum discriptionem, at nisi illū derimus, carnali seruitute, eaq; miserabili, onerabimus auditores. Ite nunc qui tales estis & nos exhibilate, qui olim testimonio spiritus, ab exercitatiſsimus suis tanquam pueri, & doctores eorum, qui nesciunt quid loquantur, derisi, & meremini profecto, nisi resipiscatis.

Nos si nihil ulterius sciremus, quam quod signa essent nulla seruitute premeremur, At inutiliter interpretabimur, si uos sequemur, immo interpretationem nullam suscipimus, uerbo addicti. Itaq; bis seruitutē expectamus, siue interpretemur, siue non interpretemur uobiscū.

Aut proferte uos utilitatem præsentie corporis: diciatis consolationem conscientię. At si qua est, ex memoria mortis, & ceterorum beneficiorū Christi est: alioquin eo usū fraudarentur ijs, qui coenæ nunquam adesse possent, quos tamen non raro pater consolationum, longe opulentius consolatur. Nam ex ijs donis erit, que non ins-

## AD THEOBALD. BILLIC.

non in ædificationem Ecclesiæ, sed mentium nostrarum  
in occulto refocillationem faciunt, quibus insensibile &  
non imaginabile corpus nihilo plus confert præsens,  
quam absens: An non ut discipuli consolationis cœle-  
stis capaces fierent, ad patrem ire Christū oportebat?  
Et que illa consolatio, à qua mox animū admemoriam  
aliorum beneficiorum reuocatis? Ita n. Respondendum  
censuerunt Suevi fratres. Si consolatio in præsentia  
corporis eaq; nulla est nisi cogitantib. & memorantib.  
se animis offerat, quid adeo subito illos ablactatis?

Similiter Christus indicium amoris, abitionem ostendit, dicens: Si diligenteris me, gauderetis utiq; quia uado ad patrem. Christum ne cœlo deuocabimus? Quæ il-  
la immodica philautia? non posse hisce consolationibus  
aliquandiu fraudari? Nunquid autem: ut quidam di-  
cunt: consolatur nos etiam si ignoremus, quid commo-  
di inde ad nos redeat, adeo promissionibus eius oblecta-  
mur? At qui hoc fuerit petere principium, non mediocre  
ad inueniendam ueritatem impedimentum, & conten-  
tionis utile fomentum. Quæritur, n. hoc, num in illis  
uerbis ea promissio fiat. Verum, cuius unquam animū  
erexit promissio, etiā si qua esset, à cuius consideratione  
mox auocatur, quæ nullam utilitatem in se habere cog-  
noscitur? Liberius dicam. Somnijs nos consolamur,  
& idola nostræ uanitatis sectamur. Quæ dum mecum  
recogito, nō ausim tuꝝ vxi notépwg de scripturis pro-  
nuntiare.

IOANN. OECOLAMPAD.

Pergamus nunc ad reliqua, quae, si prædicta sane teneantur: non multū obscura erunt, quin sua claritate superiorē interpretationem, magis liquidam reddent ac confirmabunt. Patebitq; iterum exoticū sensum à nobis non admitti. Dicit autem sic: Et accepto poculo: gratijs actis, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes, Hic est enim sanguis meus, noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.

Sanguinem non solum hominis, sed & animantis bruti, ab ipsis Noah temporibus, usq; ad Apostolos, edūcēt bibi non fas erat. Et Apostoli ip̄si, ita dictante charitate à sanguine abstinentia sanxerunt, ut Iudeorum infirmitati aliquid tribueretur, donec in unā Ecclesiam hi qui ex circumcisione, cum his qui incircumcisi coalescerent. Propterea nec agni sanguis in potum Iudeis patribus commendatus. Nihilominus autem sanguis in signum dabatur, & in Pascha sumebatur inter immolandum de sanguine, quo postes & superliminaria Domuum, in quibus edendus agnus, cruentabantur. Erit, inquit, autem sanguis uobis in signum, in ædibus in quibus eritis, & uidebo sanguinem, & præterea mūcos, nec erit in uobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti. Iussitq; hoc legitimū custodiri usq; in sempiternum. Igitur & in cœna Dominica, mactato agno, & postes aspersi: non dubito autem quin Apostoli cognoverunt, à nemine tunc ignoratum, signum hoc, signum & memoriale sanguinis, qui olim ex Agno Aegyptio

## AD TEOBALD. BILLIC.

Aegyptio sumptus, & proinde ueteris beneficij magis admoniti fuerunt, unde apposite ad eam figuram respiciens Christus, sui quoque sanguinis pandit mysterium, Dicens: Hic est sanguis meus, quasi dicat: Vidi signum in postibus & superliminaribus, nempe agninem cruentem, qui cruentis olim effusi, indicium. At nunc ad poculum istud conuertite oculos. Hoc enim non est sanguinis agni prisci, sed mei memoriale. Ille in Aegypto effusus, meus in cruce effundetur. Quia enim sanguis non est potabilis, & pro Agno panem subieci, in uini specie quod bibere poteritis, anxiā sanguinis mei memoriam consecro. Hic igitur potus, meus sanguis. Quid oro, moueret illos, qui res ita geri, & uetera nouis componi cernebant, ut aliam, eamq; absurdam mentem, ex uerbis Christi colligerent, etiamsi contentus fuisset Christus uerbis istis. Hic est sanguis meus? Analogia profecto, qua utitur bonus Paterfamilias, de Thesauro suo proferens noua & uetera, Commentarij neutiquam contentendi loco fuerit. Si quemadmodum de sanguine agni, ita & de sanguine Christi, sermo intelligatur. Ex ruditis in lege, quales Eleazarus & Phinees, spiritu facillimum fuisset cognoscere per Agnum & sanguinem, quod nos per panis & uini sacramentum. Nos nunc de Apostolis adhuc crassioribus sentimus, quod ab agno paschali, & sanguine eius cognoverunt, quae figura sermonis Christi. Verum ut illa adhuc parum

IOANN. OECOLAMPAD.

nota sunt, & nihil efficiant, cogit tamē quod adiecit do-  
minus, ne craſsum quiddam ſuſpicarentur. Adiicitur e-  
nīm, qui eſt Noui Testamenti: quo uerbo, ſcientibus qd  
ſit Nouum Testamentum, ſtatiu quomodo fit ſanguis te-  
ſtamenti in poculo, innotescit, ueritate lucem ſuum fe-  
rente obuiam. Quippe hic testamentum, fœdus ac pa-  
ctum eſt, inter deum & hominem, in hoc conditum, ut  
certi eſſemus remitti nobis peccata noſtra: ut apud Ie-  
remiam quoq; legitur. Quare conſcientijs, uel gratius,  
uel optabilius cōtingere potest nihil, quarum infirmitas  
ut corroboraretur, ſyillo mortis ac ſanguinis filij ſui u-  
nigeniti, misericordiſſimus pater, illud obſignare digna-  
tus eſt, ut ab æterno prædestinarat. Et uere ratū ne dubi-  
taremus, Testatoris confirmatū eſt morte. Hinc Eccle-  
ſia nata eſt. Nam ut ē latere dormientis Adæ, prodijt He-  
ua, ita ē latere Christi ſanguine fluente, aedificata eſt Ec-  
cleſia. Elatere, inquam, non ē calice, à cruce, nō à men-  
ſa: tametsi coram hominibus ſymbolis teſtetur, id quod  
coram Deo pridem per fidem ſeſciciter ceptum. Quod  
etiam iſum quoddam aedificari fortaffe quis nō inepte  
dixerit. At proprie, morientis ſanguis purificat, refo-  
cillat ac uiuificat. In ſanguine .n. testamenti eſt ecclē-  
ſia, ut Zacharias & succincte, & iucunde inquit, di-  
cens: Et tu in ſanguine teſtamenti tui eſt. Legit enim He-  
braica ueritas in fœminino genere, ut ad ecclēſiam re-  
feratur, in hunc ſenſum, Quod tu populus meus eſt, uel  
ſubſiſtiſ, addo quod talis, tam pacificus, tam liber, tant  
gloriosus

AD THEOBALD. BILLIC.

gloriosus, tamq; populosus es, debes sanguini testamentū  
tū tui. Ecce ille uocat sanguinem testamenti nostri, sicut  
Euangelista sanguinem testamenti, non dicit testamentū  
in sanguine tuo, sed sanguinem testamenti tui. Nostrum  
enim hoc testamentum, quia illud nobiscum Deus inijt,  
& per sanguinem filij confirmauit. Quia uis enim &  
sanguis noster est per fidem, quia pro nobis effusus; at  
ideo sanguis testamenti, quia testamentum confirmat:  
unde Dominus, ubi nos legimus, dimisisti, in secunda per-  
sona, subiicit dicens: Dimisi uinctos tuos de lacu, in quo  
non est aqua. Quia, inquit, tam gratum mihi sacrificiū,  
& tā acceptus sanguis filij. Læcta hoc fœdus omnes ec-  
clesie filios, qui misera peccatorum seruitute captiui  
erant, dimittam & libertate donabo. Quid igitur hic  
uult dum dicit, Sanguis testamenti: num sanguis testa-  
mentum confirmabit? peccata remittet? conscientias so-  
labitur? ut est in calice & ore potabilis? Non profecto,  
nam spiritus sanctus, ut hoc caueret, addidit: qui effun-  
ditur in Remissionem peccatorum: non effunditur san-  
guis de poculo in poculum, ut remittantur peccata, sed  
in cruce. Eatenus igitur est consignatio testamenti, et  
certos nos de propitia uoluntate patris reddit, quatenus  
effunditur. Sanguis igitur ille in calice quem dicitis, si  
ad perficiendum testamentum pertinet, ut obsignet, con-  
scientiamq; nostram obfirmet. Iam non est futura suffi-  
ciens mors Christi in cruce, et quotidiane supplendum  
erit, quod in cruce non est perfectum: nec dimisi uicti

IO ANN. OECOLAMPAD.

ē lacu, in quo non est aqua.

Et quid hoc aliud esset, quām semel omne meritis  
tum Christi abolere? Nullum enim est, si non est suffi-  
ciens, quod Christianæ menti auditu intollerabile. Quo  
pacto igitur has Sphragidas confirmare conscientias pu-  
tant? Experiuntur enim se falli et frustrari, si se recte  
cognoscant, nisi antea à certissimo spiritus sancti Arra-  
bone, consolationem intus acceperint. Neq; enim Sacra  
menta per se, sed quia signa, et uerborum loco Chri-  
stum predicant, consolationem ministerio suo, tanquam  
organa adportant. Ceterum, occlamare quis posa-  
set, Annon et sanguis etiam Christi pueri adhuc, erat  
sanguis testamenti, neq; enim aliis postea, quām tunc  
quum puerus esset? et quum idem qui in calice, et qui  
postea effunditur, nonne tanquam sanguis quo confir-  
matur Testamentum, erit in calice? Verum est, erat  
idem sanguis Christi pueri, et effusus: sed quum esset  
pueri sanguis, testamenti sanguis non potuit haberis, sed  
tunc primū, ubi effundi cepit: foedera enim effuso san-  
guine firmantur. Non potest itaq; sanguis testamenti di-  
ci. Proinde satis perspicue Lucas et Paulus uocant  
nouum testamentum in sanguine, quod hic dicitur ef-  
fundi. Quod si præter hanc commemorationem aliae  
stamenti, effundendiq; ratio est, reparabimus Papi-  
stis suas immolationes, et Sacrificia. At chirogra-  
phum peccatorum nostrorum affixum in cruce est, et  
exaltatus Christus ad se traxit omnia.

Vide

## AD THEOBALD. BILLIC.

Vide igitur, mi Theobalde, Nondum Testamen-  
tum complebat, neq; sanguis effundebatur, ex quen-  
suum alium inuenimus de sanguine ut adsit, quam  
modo commemoratio, qui gratiarum actioni maxi-  
me seruit: imò ipsa memoria fidelis, uera gratiarum  
actio est, maxime quum præcedat ueteris ritus celebra-  
tio, que tanquam Pædagogus admoneat, ac manuduc-  
cat.

Porrò, nondum satis factum est Argumento tuo,  
quod Susq; déq; uersas, ex Oratorum regulis assumptū.  
Hoc autem potissimum confidis te effecturum, ne pos-  
sit subsistere id glossmatis, uel loquitionem figuratam.  
Nam quia subditur: qui effunditur, colligis consecta-  
neum, si mea stet sententia, figuratum sanguinem effu-  
sum: ex figuratum sanguinem, esse noui Testamenti  
sanguinem, quo fieri ut Martionianæ hæreses argui-  
meremur. Quid hic nodus in scirpo quæritur? Qua-  
re simplicitatem relinquimus? Que necessitas ur-  
get, ut colligam. Hoc est figura uel memoriale san-  
guinis, qui effusus est, ergo memoriale sanguinis effu-  
sum est: Cūr non ut oportebat: ergo memo-  
ria sanguinis, quatenus effusus est, uino significa-  
tur: uel, non solum memoriale est sanguinis, sed etiam  
memoriale quod sanguis effusus est?

Age, si uno uerbo complexus esset, ac dixisset:  
Hoc est αὐτόνυμος numquid memoria utrius-  
que commendata fore? Et quod in complexio-

IOANN. OECOLAMPAD.

ne nō offendit, utiq; in clariore disiunctioē minus offendere oportebat. Imò plus energie in hac oratione, & autoritas grauior, solo sensu, quām si dixisset: Hoc est figura uel memoriale sanguinis, & memoriale effusio-  
nis. Addo & hoc, nec ornatum deesse: quales cunq; no-  
bis offundantur argutiarum nebulæ. Id quod in Poëta-  
rum, & vulgatis loquutionibus, & ecclesiistarum consue-  
tudinibus audimus, non dixit inornate Poëta.

Lanigerosq; apices, et lapsa ancilia cœlo.

Extruderat.

Dices ne picta ancilia cœlo de lapsa? Et iterum:

Parte alia fugiens, amissis Troibus armis.

In felix puer atq; impar congressus Achilli.

Fertur equis, curruq; hæret resupinus inani. Dices  
ne infelicem picturam Achilli congregient? Et si de-  
monstrata Pauli imagine dixeris. Hic est Paulus qui gla-  
dio uerbi totū Ilirici, & Greciae tractum expugnauit,  
& Euangeliō impleuit, uel, uisa Petri imagine dixeris.  
Hic est Petrus qui cœli claves accepit. Nūquid expones,  
Hæc est imago Pauli, que uerbum domini annunciauit  
in Grecia & illa effigies que spiritu sancto plena,  
prædicando cœlos aperuit? & me ineptum pronuncia-  
bis qui in Grammaticos peccarim? Et si de Agno quem  
cdebant Apostoli dixissent. Hic est Agnus, cuius sangu-  
nis postibus adspersus, Aegyptios pessundedit, et nos li-  
berauit: intellexisset ne quispiam figuram sanguinis ad  
spersam postib. & ab Angelo conspectam? In re tanta  
quid

AD THEOBALD. BILLIC.

quid corraduntur tam imbelles ratiunculae? (Quod autē imbelles sint, posset te admonere Dialectice. Quid iuris in praeclaris propositionibus) & respuuntur grauissima, que obijci à nobis solent. Plane arguunt hæc immodicum contendendi studium. Quod & si nos sectaremur, nonne dicere possemus. Ecce effundi in praesenti dixit: proinde necesse erit sub ipsa mysticarum operationum hora, sanguinem effundi, corpusq; frangi. Verum metuimus τοὺς οὐγυπτωλῆγες εα τρέχοντας, & in tempestiu libenter ignoramus. Nihil itaq; obstat quo minus hoc χάμα, admittatur, quod nullus puer non agnosceret, si cœnæ inter fuisset, quem admodum Apostoli. Et quod hic de sanguine respondimus, responsum sit & de pane, apud Lucam & Paulum, etenim dicentes, Hoc est corpus meum, quod pro uobis datur uel frangitur: non uolunt figuram corporis dari uel frangi, sed id quod corpus figurat, illud etiam traditionem uel fractionem deliniat, hoc est, in memoria reducit; atq; adeo satis procul sumus à Martionis insania, cui tamen crassus intellectus, quod corpus Christi phantasticum in pane lateret, à uestra opinione non paruam dedisset ansam. De his nunc satis. Sunt enim & alia, que non impium, sed germanum intellectū ostendunt & coiunctunt. Nam sequitur. Dico autem uobis, quod non bibam modo de hoc genimine uitis, usq; in diem illum, quem illud bibam uobiscum nouum in regno Patris mei. Simpliciter & generali sententia his uera

IOANN. OECOLAMPAD.

bis dicit, ultra se non affuturum nobiscum corporaliter  
(hoc enim significat non bibitur uel esurum, ut Lu= cas addit) sed ex hoc mundo abiturū ad patrem, id qd'  
et Ioannes in cena commemorat: unde spiritus sanctus  
probe cauet, ne crassum quiddam in his quæ dicta sunt,  
intelligamus. Qui enim mox subiungit se ab futurū, et  
habendam sui memorī anxie cōmendat: satis indicat,  
quid panis uel uinū sint. Etenim uinum quod cōmodum  
dixerat sanguinem, adhuc uocat uinum, imo uerbis ma-  
gis evidentibus per Periphrasin, uocans fructum uel  
γέννημα uitis. Quem igitur alium sensum reliquit  
quam uinū quidem esse uinum, et non esse substantię  
et proprie sanguinem, qui iam auferendus erat? Igno-  
tum autem sensum respuit, quod hoc quo ferunt modo,  
pani corpus et uino sanguis insit. Quid uellet hæc  
λεωτολογια Non bibam de fructu uitis? Nunquid  
Philoxeni uel Epicuri Scholæ Magister noster præsi-  
debat, ut corporales necessitates, quæ in edendo ac bi-  
bendo intermittendas, tanquam res arduas narret? qui  
sciamus regnum dei non esse in Esi ac potu, neq; mag-  
nam in eis uim sitam. Sed hoc sermone ostendit se mor-  
ti proximum, et post hac corporalem præsentiam su-  
am, in hoc saeculo non querendam. Quamuis singu-  
lari dispensatione, ad comprobandum resurrectionis  
sue et nostræ ueritatem, postquam resurrexit, comedit  
atq; bibit cū discipulis: neq; enim tūc famē pellebat, neq;  
in illis delicias querebat, ipse summa beatitudine satur:  
tunc

## AD THEOBALD. BILLIC.

tunc tamē non babit, sed tale, quali & nos uetegamur,  
alioqui non comprobata fuisset corporis ueritas. Pro=  
inde, per illum diem intelligit p̄eclarum & ex p̄eciatū  
istum diem, quo omnibus electis congregatis, iucundū  
se exhibebit conuiuā. Diem illum intelligit quo tene=brarū detegentur arcana: quando resurgentēs pīj, obui  
am ei progressuri: quādo regnū tradet deo patri, uicto  
hoste nouissimo: Nam tūc corpora quoq; suis gaudijs af  
ficiet, pro uarijs & innumeris, quae nunc patiuntur affli  
ctionibus: & sicut nunc ipse gaudet immortalitate, ita  
tunc & nos quoq; immortales cōfigurati corpore, cla  
ritatis suæ, cōgaudebimus, & cōuiuabimur, nouo bea  
tissimōq; modo: tūc certe nouū erit uinū, quando & no  
uum cœlū, & noua terra, imò noua omnia: tūc inenar=  
rabilis nostra leticia, iterū corporaliter nobiscū cōuersa  
bitur, desideriūq; nostrū, præsentia& suæ bonis explebit.

Nōnne hēc sententia sponte prodit, claraq; est ac ma  
nifesta, & Christiano spiritu digna? Vereor autē, si uo  
biscum corporalē præsentiam, qualem cūq;, modo pro=  
prie corporabile, hic in exilio ante diem requiram: me  
post tām perspicuam uerborū dei interpretationē cog=  
nitam olim in regno patris, desideratiss. conuiuij nō fe=  
re participē: maxime quū & nunc experiar, inconfide  
rantem illam, ne dicam puerilem imaginationem, soli=de  
contemplationi nō parū præiudicare, cuius mibi te=stes  
erunt hi, qui dijudicandorū spirituū dono prædicti,  
quiq; interni hominis studia, accuratius animaduertūt.

IOANN. OECOLAMPAD.

Obseruasti mi Theobalde quām leui opera ueritas  
aqud eum Euangelistam elucescit, qui contra nos pug-  
nare uisus est: neq; opus foret aliorum Euangelistarum  
testimonio. Cæterum, uideamus et apud alios, nun-  
quid dicant, quod nobis illum sensum, minus esse piū  
declarēt, et ab eo reuocantes, discedere iubeant: agi-  
tur enim hoc unum, ut ne à ueritate aberremus.

EX MARCO.

**P**roximus igitur Matthæo Marcus introspiciatur,  
si quid ultra illum dicat, tame si ijsdem fermè uer-  
bis utatur: tantum in apparenda cœna amplior,  
hospiitem Christi miraculo non paruo prædictum, inuen-  
tum indicat. Nempe, dum discipuli in domum gestantis  
lagenam aquæ, ire iubentur, et audacter petere, ut  
monstretur eis, ἔκγονον magnum stratum, quo subli-  
mitate ac maiestate loci, ad eximia et non humilia ad-  
mitterendos, discipuli se in hac cœna cognoscerent, hoc  
est: ut discerent coelestia et non terrena, spiritualia et  
non carnalia sequi se debere. Carnales autem planè  
sunt, ut diximus, et humili repunt, adeò ut in cœnacu-  
lum condescendere nequeant, qui signis pro rebus utun-  
tur: et sic carnem in cœna, pani inditum afferunt.

Verum ne allegorijs tenuioribus ludere potius quam  
natiuum sensum scripturæ, indagare uideamus, his mis-  
sum factis, obseruemus Euangeliste diligentiam: neuti-  
quam ociose toties pasche nomine præmittit, dicit enim:  
Primo die azimorum, quum pascha immolarent: dein-  
de qua

## AD THEOBALD. BILLIC.

de querunt discipuli, ubi parent, ut edant pascha: et postremum dicit: parauerunt pascha. Tropicum non men Hebreis pascha, et prater id quod oculis subiicit (ut Sacramentis peculiare est) aliud in mentem uenire facit. Eiusdem diligentiae est, quod memoria passionis in culcatur, dum intestinus hostis minis tam grauibus ad monetur. Non n. minima doloris dominici portio erat domesticum habere proditorem: imo tanta fuit, ut et spiritus sanctus illum per Psalmem non obticuerit. Dicit enim: Etenim uir pacis meae in quo sperauit, comedens panem meum, magnificauit super me supplantationem.

De poculo sic enarratur. Et accepto calice gratias egit, dedit eis, et biberunt ex eo omnes, et dixit eis. Hoc est Sanguis meus, qui est noui testamenti, qui pro multis effunditur. Hic qui nullam alienam imbiberunt opinionem, leguntq; discipulos prius bibisse, quam Christus finijset uerba, statim agnoscit, uno praeter sacram passionis memoriam, nihil extraneum accessisse, nihilq; absurdum suspicantur. At iij qui scolaistica tueri uolunt, opus habet figura, quam dicunt πρωθυέροι, et aliorum Euangelistarum inuocant suppetias, quam tamen nullo sudore fuerit opus: Spiritus enim quo adflati Euangeliæ scripserunt, præuidens multam nostram ignauiam, et superstitionem, qua supramodum religiose, prolati cijs uerbis addicti sumus: Ut eo malos liberaret, et superfluam cogitationem adimeret, tantum non clamat. Ecce quin Euangelistas in hac re

IOANN. OECOLAMPAD.

tanta, uideas citra anxiā sollicitudinem, tempus ordinem, & uerba absq; religione scripsisse, tu ne supra modum sapueris, & dum in his, in quibus nō oportebat, pietatis pondus constituas, Charitatem & rem ipsam amittas. Memoria enim & gratiarum actio passio nis dominice, quibus panis & uinum sua seruiunt materia, totius huius rei prora sunt & puppis: Hic nullus scrupulus, nullus nodus, null adifficultas. Quid igitur Lectori simplici & forte moroso ponuntur tricæ, è quibus extricare se nequit? Quid absq; causa obscuratur scriptura? Quare in spiritum sanctum culpa rejicitur, quasi minus candide docuerit? Quir non accomodamus nos scripturæ? nunquid illa nostræ seruiet tarditati? Quir in tenebris quam luce ambulare malumus? Si tantos in scripturis querimus ornatus, quir sentiarum inuestigamus salebras?

EX LVCA.

**S**VNT & ALIA HIC, PRIUS DICTA, QUE IN COENA APUD LISCAM POSTERIUS DICUNTUR. Etenim quod hic de uino tantum dicitur, & post sumptum potum, è quo se non amplius biberunt, dicit Dominus, donec bibat in regno patris. Lucas dicit ante gratiarum actionem panis, de pascha & potu, ubi non solum fuis imponitur prisco ritui, sed (ut commemorauit) abitio domini manifeste ostenditur. Quod si, & alij Euangelistæ tam copiose tradidissent, possemus abolendum legis onus dumtaxat suspicari, per haec uerba uoluisse docere: sed adpareret

## AD THEOBALD. BILLIC.

adparet ex aliorum breuitate, non minus quam illius copia, quid uelit. Contra, quæ alijs de traditione Iudeæ præmiserūt, apud Lucam subiiciuntur: qua præposteritate, nimis simpliciter, & pulcherrime docetur mortis dominice memoria, obitusq; domini, & interim ornatu ne tantillum quidem decedit. Porro ea quæ præcedunt uel sequuntur sacram operationē: nūc missa faciamus: nam ex alijs satis cognoscitur, quid hūc seruiat, tantum uerba quæ super panē & uinū dicta expendamus. Addit enim, qd' pro uobis datur. Hoc facite in mei memoriā, adhoc qd' Matthæus & Marcus succincte tradidērunt. Hoc est corpus meū. Hic doctore spiritus sancto, fœliciter qd' sentiendū sit de uerbis cœnæ discitur: in cœna nihil præterea agendū q̄ quod dominus iussit. Quid igitur dominus iubet: accipere et comedere panē iubet, ut est apud alias Euangelistas, apud quos nihil præterea facere iubemur: nō lego qd' accipere & comedere corpus iubeant: Nō lego qd' promittant in pane corpus futurum: Non lego qd' potestate dederit sacerdotibus mutandi panē in corpus, ut substantialiter incipiatur esse corpus. Hic uero ultra lego, ut memoriam corporis eius habemus, nā illud nūc cōmentarij uice subiectū est, ut manifestum sit, qd' apud alias obscurū, & hoc est tertium qd' iusfit, ut faciamus: comedere igitur et accipere, ad panem referuntur: habere autem memoriam, ad corpus.

Neq; enim facere sacrificare est, ut quidam Paricensis ASINVS inepit ex Vergilio. Cum faciam uitula

IOANN. OECOLAMPAD.

pro frugibus ipse uenito. Iterum ergo ut supra exponi  
mus, ut hoc, id est, panis sit corpus, id est: memoriale  
uel figura corporis: Sed quomodo? In hoc sit memoria  
le, qua corpus pro nobis traditum. Iam supra monui,  
Schema orationis non urgere nos, ut propterea a figura=  
tum corpus dicamus traditum: Et satis nos monet quod  
adperiisse adiicitur, FACITE IN MEI ME=  
MORIA M. Quomodo in Christi memoriam? quia  
corpus eius pro nobis traditum: Proinde iuxta Hebrais=  
mum. Q V O D, Non inepte pro quatenus reddideris,  
idem erit dicere quod traditur, quatenus traditur: Ve=  
rū & de hoc supra dictū ē, nec opus ut toties inculgetur.

Satis manifestum ἐναργεῖσθαι dici corpus tropi=ce,  
quam figuram corporis sine tropo & cum Schema=te  
corpus quod pro uobis datur, quam absq; Schemate  
Syntaxis fiat, ut dicas, figura corporis quae figurat cor  
pus tradendum uel traditum. Præterea, quum audio  
quod corpus pro nobis detur uel frangatur, ut est apud  
Paulū, nōnne genuina sentētia obuiat, quod hoc qd' tra  
ditur uel frangitur pro nobis non est panis neq; in pane  
pro nobis frangitur uel traditurs? Quod autem quibus  
dam uisum est, dationem & fractionem magis referri,  
debere ad panem quam ad corpus, sed repugnat pre=poſicio ὑπὲρ ὑμῶν, pro uobis. Si n. ad distributionem  
respicias qualiter panis distribuitur, nō dicimus. Do pro  
uobis. Sed do uobis, Verum quod pro alio datur, often=dit quod aliud dandum fuerat, quod non datur: Nos  
dari

## AD THEOBALD. BILLIC.

dari in mortem debueramus, sed ut liberi nos fieremus,  
ac uiueremus, Christus pro nobis datus est à Iuda Iudeis  
& à Iudeis Præsidi, & à præside crucifigentibus: hæc  
omnia pro nobis, & propter nos facta sunt. Si autem  
de pane qui mihi datur, dixeris quod pro me datur, si  
ad Grammaticen attenderis, non quadrabit.

Porro si ita exponere uoluero: quæ mihi consolatio  
reliquæ & quæ promissio mentem refocillabit? Que illa  
commutatio, pro eo quod Christi corpus in mortem  
pro me & mihi datum, audiam in pane delitescere? Vi-  
uificauit in cruce, id promissionis in pane minime ha-  
bet, alioquin quid opus erat illum mori? Apparet igitur  
qui incognita scriptoribus sacris, in scripturis doce-  
ant: Arridet quidem quod ex dandi & frangendi uox  
pani conueniat, sed cogit τὸντες ναῷ ut corpori  
tribuamus, quatenus pro nobis datur ad mortem: quod  
autem ex Symbolo & sacramento conueniat, hoc se-  
quundarium fuerit, ut sacramentū manifestius fiat, &  
evidenter doceat: ut sicut natura panis pascit, & ex  
granis coadunata est, & in operatione fractio & di-  
stributio occurront, ita credam & discam fidem in cor-  
pus quod pro me traditum me pascere, charitatem autem  
in Christo eidem capiti & corpori coadunare. Et itea-  
rum, sicut fide didici Christum mihi fractum & pas-  
sum, ita distributum, ut totus sit omnium nostri, qui illi  
credimus: Ecce mortis agni usus commonefaciebat, &  
quærer non etiam panis?

IOANN. OECOLAMPAD.

Nec est quod tam abhorreatur à uoce frangendi, non enim propterea confracta ossa Christi nostri agni dicemus, sed quum effusum sicut aquam aruisse sicut testam, liquefactum sicut ceras, esse uerem & non hominem legamus: quid deterret si frangi & dari dicatur, tam apto proposito Symbolo? Sed illud minus molere debet, quod petunt, ut ostendamus ubi nam locorum, corpus pro memoriali corporis sit positum, An no satis quod hic ponatur? Ducenta enim ferè si non plura uerba, diligenter inquirens inueniet, quæ non in pluribus, sed in uno tantum loco scripture occurunt: & quomodo illa interpretaremur, nusquam scripture interpretis officio fungente? Itaq; & Euangelista Lucas, sedulam operam nauavit, ne crasse intelligeretur.

Id autem multo apertius in uerbis poculi tradit: Hoc poculum nouum testamentum in meo sanguine, quod pro uobis effunditur.

Qui non amat contentiones; nisi uelit hyrundine esse indocilior: dicet facile, quid sit sanguis testamenti apud Mattheum, in modo rem totam. Quia enim hic non possumus aliter interpretari quam commemorationem testamenti, & alibi sanguis erit commemoratio sanguinis, per quem testamentum confirmatum, & corpus commemoratio corporis, quod pro nobis traditum.

Ex uno enim si stet interpretatio, & quid aliud uelit, per Analogiam colligunt, iij qui spiritualia spiritualibus cōser-

## AD THEOBALD. BILLIC.

cōferre norunt, haud ignorantes, quæ sibi à Christo donata sint. Nemo ignorat, poculum non esse testamentū: Sed in confessō est esse signum testamenti. Et quæ nos anxia cogit religio, ut in eodem contextu non feramus, & panem ita uocari signum corporis, ubi corpus appellatur? Testamentum enim pacti species est maxime sancti, quam Græci διαθήκη generali nomine uocant, fermè autem ubique. LXX. διαθήκη uertērunt, ubi Hebræi dicunt בְּרִית. Non absurdum autem de specie per rationes generis differere. Pœdus igitur dei cū hominibus est hoc, ut deus ipse sit deus eorū, ipso uero uicissim populus eius. Non est enim pactum nisi inter duos, pacientem uidelicet, & eum cui sit pactū. Ut autem deus sit deus aliorum peculiariter, hoc est, ut pro misericorde conseruatore & protectore habeatur, opus erit, ut condonet ac remittat peccata, & sui nominis noticiam illam multò suauissimam præstet.

Nos uero ut illius simus populus, uocem eius audire & misericordiam credere oportet.

Quod ad deum spectat, nulla obſignatione opus fuerit, ut ipse certus fiat de nostra erga se fide, uel benevolentia, quandoquidem nihil est ab oculis eius reconditum, & proinde neque operibus nostris indiget. At nobis quos supra modum terrent peccata, ut de benevolentia & gratia eius confidamus, propter incredulitatem non sufficiunt simplices promissiones, sed etiam iurante deo trepidamus adhuc, parumque

IO ANN. OECOLAMPAD.

securi sumus: proinde etiam externo signo confirmans  
da erat nostra imbecillitas, & ut id fieret perfectissime  
signum incomparabile, desperatisimi morbi requirea-  
bat malicia. Itaque quum nihil suo uerbo, quod est unige-  
nitus eius filius, uel charius, uel præciosius, illud car-  
nem moriturā, & sanguinem pro nobis in cruce effun-  
dendum, assumere uoluit. Cui signo quisquis credere no-  
luerit, in testamento Dei nequaquam erit: nunquam deum  
patrem, hoc est, misericordem cognoscet: nunquam con-  
scientiam suam recte consolabitur, nunquam remissa  
sibi peccata sciet, eò quod filium ignorat, per quem uia  
ad patrem, qui & uia est ac ueritas & uita. Hoc igitur  
testamentum consumatum & confirmatum in morte Chri-  
sti, ut nunc fidamus Deo, & uere fateamur patrem, qui  
unigenito filio suo, propter nos nō pepercit, sed pro no-  
bis tradidit illum, & per spiritum eius non iam in tabu-  
lis saxeis, sed carnis, hoc est, in uisceribus & corde, le-  
gem charitatis spirituales facti inscribi patiamur. Vere  
ter beatus qui intelligit. Tanta autem huius fœderis est  
obsignatio, ut nec maior esse possit: & non est maior  
charitas quam ut quis animam suam ponat pro amicis  
ijsq; quantum in ipsis erat, in inimicis ac peccatoribus: nec  
repeti debeat, nam id argueret fœdus non satis obsig-  
natum. Multo certissima εφεγγις fœderis ac testamen-  
ti erat, incarnari uerbum: sed in sanguine morientis  
sufficientissima nobis obuenit. Sanguinem igitur pro-  
prie ea ratione testamentum, id est, sygillum fœderis  
appellamus

## AD THEOBALD. BILLIC.

appellamus, quia fœdus absoluīt ac perficit. At in calice non potuīset cōsumasse testamentum, nisi et ab impijs ibi fuisset effusus. Quomodo igitur poculū ibi testamentum, id est, Sphragis testamenti proprie, si et ipse sanguis non sit proprie testamentū in calice? quia non est ibi effusus, ea, quam requirit testamenti ob signatio, perfectione? Quomodo aspersum cor hoc sacro sancto cruce re talem sensum agnoscet? Annon prophanaret et cōcularet præciosissimum illum sanguinem testamenti, si à gloria sua, quæ in cruce alienaret? Fateberis fortassis, immo necesse est ut fatearis, testamentū in cruce consumatum: sed interim sanguinem esse in poculo dices, quo testamentum postea ob signatum. Verum tunc aliud obstat, quod sanguis ille non erit inebrians corda bibentium, nec satis morbo incredulitat is medebitur.

Sed contendet quis, quod memoria passionis et effusionis sequitæ inebriet, sanguis autem ille adfit. Gratias habeat ille, quod nunc nouum testamentū, dum suo seruit usui, hic cōmemorationē testamenti agnoscit. Quir non eadem libertate et sanguinem fatetur hoc loco significare memoriale sanguinis? VBI LIBET SERVIVNT TROPI, VBI NON LIBET MINIME AVDIVNTVR. Quin hoc nomine potissimum animam rigat et refocillat sanguis, quod cōmemoratur, non quod bibitur. Decebat autem Christum sanguinem mihi dare, nō ad bibendum ē poculo, unde minus, sed illinc unde plurimum iuuari poteram. Fideli commemoratione

IO ANN. OECOLAMPAD.

effusī sanguinis in cruce letatur, et secura sit mens pia,  
at non item quod uinum est sanguis factum. Quid eu-  
charistia? nō est mibi Sphragis? Dico sanguinem Chri-  
sti in cruce, proprie sygillum, & corpus sacrificium. Vi-  
num autem & panem, neq; sygillum, neq; sacrificium  
proprie, sed figuratum sermonem si admiseris, docens  
cōmemoratiōne esse syilli, negotiū omne trāscēlū erit.

Discamus hæc uera esse & ex ueteri testamento,  
Carnale illud erat & propterea uetus, sicut nouū quia  
spirituale. Tale enim foedus, qualis populus. Et erat ille  
magna ex parte carnalis, & numerabatur interim in  
populo dei, quum leges & ceremonias datas seruaret.  
Erat deus illorū deus ac protector, erantq; ipsi peculia-  
ris populus, constabat foedus si seruassent fidē & se nō  
conuerterent ad idola, quæ Gentes deum uerum igno-  
rantes, colebant. Causa enim omnīū exiliorū, seruitutū,  
& transmigrationū erat IDOLOLATRIA. Alia  
enim peccata in terra Israēl, saluo quodammodo fœdere  
puniebātur. Quāuis autē & lex uetus spiritualis erat,  
eò quod liberū requirebat spiritū, sed quia non præsta-  
bat quod præcipiebat, sed sub iugū suum renitentes tra-  
trahebat, nō meretur noua dici: sed uetus recte dicitur  
carnalis. Porro, carnale fœdus, & quod temporariū  
erat, etiam ipsum sanguine sanctū fuit, nempe sanguine  
uitile, ut est Exod. 24. A sperso enim populo et libro dix-  
it: Hic est sanguis testamenti, quod Dominus pepigit uo-  
biscū super cunctis sermonibus suis: unde certiores redi-  
tū

## AD TEOBALD. BILLIC.

diti sunt tunc Israëlite, se esse ex populo Dei. Habebat autē & crassior populus alia sacrificia, & quāvis non perspicue cognosceret uenturū illud perfectū sacrificiū, tamē memores siebat per illa, quomodo in Syna lege data in populum dei conscriptus fuerit. Eiusmodi memoriæ seruiebant cineres Vaccæ Rufe, quæ post adoratum uitulum sacrificati, de qua Exod. 19. In aquam lustralem reseruati. At Christus mystico sanguine, maioris nobis beneficij et foederis memoriam instillat, quo non externa, sed interna purifcentur: imo & externa, nam totum hominem ut saluum faceret, in hunc mundum uenit. Si cut igitur olim non redintegrabatur foedus, quod semel cum populo firmatum, Abrähæq; fuerat promissum, sed erat idem foedus, semper enim se pro Deo eius populi, & populum pro populo suo habuit Deus, donec noua lege ueterem aboleret, & carnali Testamento, spirituale succederet. Interim carnalibus victimis, & externo cultu beneficium testaneibus. Ita hoc nouum foedus incomparabiliter excellentius, nulla cget reparatione, tantum nos iugibus ac spiritualibus hostijs, hoc est, Gratiarum actione, siue laudando deum & eius beneficia prædicando, siue seruiendo proximo per charitatis opera, memoriam eius fidem ne amittamus: æternum est, & his qui ab initio usq; ad finem mundi, fut & futurum est utile. Qui igitur sic eruditii, quomodo adulterari scripturam uobis uidebuntur?

IO ANN. OECOLAMPAD.

Argutabuntur fortasse pleriq; pluribus, & dicent:  
Novum quidē testamentū tū in cruce consummatū est,  
at in cœna nostrum esse incepit, fide uerbum & signū,  
quod alterum uerbum est, nobis accipientibus. Quibus  
ego, si uel tunc innouentur, & melius habere incipi-  
ant, non inuideo. At noster est Sanguis, nostrumq; tunc  
testamentum fieri incipit, ut primū crediderimus Chri-  
stum iusticiam nostrā, & sanguinem pro nobis effusum,  
etiamnū extra Cœnā, ut liquidò discimus ex capite Io. 6.  
Fides sane & AVDITVS VERBI INTER-  
NVS à patre, ob signante pectora nostra spiritu sancto  
facit nos populum Dei, spontaneum & obediendi au-  
dum. Est autem tunc testamenti per spiritum certiores  
reddamur, seruiente in hoc Sacramentario organo, nū  
propterea sacramentum proprie dixerim testamentū,  
& uinum illud sanguinem?

Itaq; nihil uspiam occurrit, quod sinat illic prop-  
riam, uel quod prohibeat figuratam loquitionem: atq;  
adeo plane humanam, hoc est, mendacem allaturus sum  
expositionem, si aliam protulero.

Hæc apud Lucam sufficerent, nisi sciolus quidā nu-  
per & articulum rō ubi legimus, qui pro uobis effun-  
ditur, exponendum dixisset, per quod pro uobis effun-  
ditur, ut referatur ad poculum, & poculū magis quam  
Sanguis effundi dicatur, qua ratione pulcherrimū præ-  
teritur mysterium. Existimabat ille, cundē casum ser-  
uandum, ut ad sanguinē referri posset, dicendumq; fuisse

## AD THEOBALD. BILLIC.

τῷ διδόμενῳ, non τῷ διδόμενορ, sed νὸ attendit iste quid præpositio ὑπερ ὑμῶν pro uobis, exigat: nec spectat, hoc loco solute orationi plus emphaseως in esse quasi dicat signanter. Tunc in sanguine meo consecrabitur nouum testamentum, quum pro uobis effunditur. At ille bonus uir, etiam in Matthæo Σειραφεσιρτῷ μέλαχτῷ non pertinere ad contextū, asserebat. Quid igitur si εἰ hic tergiuersetur?

## EX PAVLO:

**L**ucas ut Paulo comes fuit, ita εἰ à Pauli dictione non multum disserit. Primum autem fidem suam cōmendat, quod ea tradiderit, que à domino accepterit, ritum scilicet, qualiter ab Apostolis εἰ Christo habitus fuit. Hoc primum moneo, contra ineptientes, alias quosdam gloriantes, quasi his uerbis ostendat datam sacerdotibus potestatem, in panem corpus Christi, uerbis certis incantandi (uerbo sit uenia) quum Paulus hysteriam cœnæ dūtaxat, suo arguento seruicitem, accommodare studeat, neq; n. cœnæ Paulus interfuit, sed factus discipulus, à domino doctrinam suam accepit, ut cognosceret Christum memoriam mortis sue, sub hisce symbolis, ad alendam inter suos ueram charitatem reliquisse. Quod mysterium εἰ superiore capite declararat dicens: Quoniam unus panis εἰ unum corpus multi sumus, nam omnes ex eodem pane participamus. Et quomodo? istuc etiā ipsum dixit, Panis, dicens: Quem frangimus, nōne communicatio corporis Christi? quasi dicat:

IOANN. OECOLAMPAD.

Quis frangimus et edimus panem, nonne ut contestemur communionem et charitatem, quam nobis mors corporis Christi, pectoribus nostris communiter insidens conciliat quae tanta, ut omnes nos quasi eiusdem corporis membra coadunet. Hoc utique cœna mysterium à domino edoctus, quia antea Corinthiis tradiderat, iterum intulcat, ut efficax sectis quibus laborabant, Antidoto adhiberet: Et in hunc modum enarrat: Dominus IESVS ea nocte qua traditus est, accepit panem, et postquam gratias egisset, fregit ac dixit: Accipite, edite, Hoc meum est corpus, quod pro uobis frangitur. Hoc facite in mei commemorationem. Ad eundem modum et poculum peracta cœna dicens: Hoc poculum nouum testamentum in meo sanguine, hoc facite quotiescumque biberitis, in mei memoria.

Quod ad noctem, cuius submeminit, pertinet, Paschæ ritus suggestur, et sermo qui de proditione premissus. Vbi Lucas ponit, datur, hic dixit frangitur: ut ergo autem addit pro uobis: et non simpliciter uobis, id quod fieri decebat, si sola distributio, et non magis mortis memoria ostenderetur, Est. n. et fractio ipsa mortis Symbolum in pane, sicut mastatio in agno, quomodo enim ederemus nisi fractus? Discimus tamen quoniam frangitur, et frangendo distribuitur edendus panis, uiuificari nos, Panis quidem nobis frangitur, Christi autem corpus pro nobis et nobis frangitur. Iam si Corpus Christi in pane, non pro nobis, sed tantum nobis fractus fuisset. Sed ne offendaris in uerbo frangi, eò quod non sit os fractum

AD THEOBALD. BILLIC.

Etiam ex ossibus agni, nam et multæ fractionis species:  
fractio est si anima à corpore separetur, et ut supra dix  
it de morte sua Christus, & alia dixit, utpote granum  
non fructificare nisi emortuum, id quod putredinis fo-  
ret. Diligentissime autem Paulus exponit per hoc quod  
dit. Faciendum hoc in memoriam Christi. Hoc enim est  
quod Christus iussit. Et similiter de poculo enarrat. Hoc  
facite quotiescumq; biberitis, in mei memoriā. Et ne quis  
ineptū quid colligat in uerbo. Hoc facite, iterum expo-  
nit, subdens. Quotiescumq; comederitis panem hūc, &  
de poculo hoc biberitis, mortē Domini annunciate do-  
nec ueniat. Satis cōmentariorū in his uerbis haberemus.  
Quid iubet nos facere Dominus? Comedere corpus suū  
in pane? Hoc nō dicit: Bibere sanguinem suum in uino?  
Hoc non dicit: Iussit ederemus panem & biberemus de  
poculo, & quid præterea habendam memoriā mortis.  
Neq; tantam articuli τ&τορ & τ&τω uim habent, ut  
propterea substantialiter Corpus in pane & uino intel-  
ligamus: sed uoluit hunc panem & hoc uinū, non inter  
cōmunes cibos, qui à Domino non usq; adeo cōmendati,  
haberi: Est fātor, aliiquid emphasēs in articulis, sed  
non ea ut supra omnem creaturam, rem dignitate extol-  
lant. Nonne, dignissime articulos recipiunt, quæ sacra-  
tissimo usui sunt adpropriata? Quid autem in esu isto  
faciendum? Habenda memoria Domini: sed id non  
oportet fieri vulgariter & frigide, nam hoc sic ex-  
ponit, Anunciate, hoc est, cum celebritate magna re-

IOANN. OECOLAMPAD.

cogitate & prædicate, qd' corpus domini fractum sit pro uobis & mortuum. Annunciate, non in obscuro angulo, ut excludantur fratres optimi, ad sint diuites, obsecrant pauperes: Dominica cœna non separat pauperem à diuite. Sacerdotem à Laico, doctum ab indocto, uirum à muliere. Annuntiatur mors omnibus, & participes fiunt omnes fideles iusticiae & meriti Christi passi. Neque paucorum dierum hic mos erit, sed durabit usque ad finem mundi, nam & mundus durabit usq; sub adventum Christi: dicit enim, donec ueniat: Quia breuitate etiam indicat, quod Euangelistæ pluribus proposuerunt, alijsq; uerbis, quod Christus non sit esurus ex agno, uel non bibiturus ex fructu uitis, donec bibat illud nouum, uel edat in regno patris.

Euangelistæ sua narratione, præsentis adhuc in cœna Christi historiam: ante oculos proponunt, Paulus uero in usum respicit, qui tunc in Ecclesia celebrari incipiebat. Omnes tamen uel absentem futurum, uel absense conuincunt.

Hic non possum satis demirari alios, qui NOVO quodam MODO adesse dicant corpus, quod aduenisse negant, esset sane in angelis incorporeis mirabile & incredibile, ut aliquò se recipiant, & loco definiantur, negenturq; adesse, sicut de corpore differunt, quod adesse incipiatur, & non aduenerit, adsit autem neq; glo- rioso neq; humili modo. Nescio an hoc sit scire quid dicatur.

Vrget

## AD THEOBALD. BILLIC.

Vrget ultra Paulus, et adhuc panem relinquit panem dicens: Itaq; quisq; ederit panem hunc, et biberit calicem domini indigne, reus erit corporis et sanguinis domini.

Debebat iuxta uos non tam μηνόλογος esse, sed dicere. Quisquis ederit corpus domini nostri Iesu Christi, reus erit mortis domini. At dicit panem hunc. i. panem domini, sicut uocat poculum domini: Quare domini poculum dicit: quia ad dominice mortis memoriale concessum ab ipso met domino: Et quare tam grauem poenam interminatur, si non adest corpus, ut reus quis fiat corporis? In promptu est, quod respondere conuenit.

Poena plectitur perduellionis, qui regis imaginē dehonestauit, quasi ipsum regē iniuria affecerit: sicut temere nomen dei in os assumens, prodit se non magnopere glorificare deum: Et qui locum sanctum uiolat, in dominū loci peccat, ita et quem nihil mouet memoria mortis domini, adeò ut Symbolum eius despiciat, nimurum et in corpus absens iniurius esse dicitur, proprie enim hic accipio corpus. Vere corporis reus est qui tam ingratus, et oblata memoria ac gratitudinis opportunitate, adhuc in hypocrisi, malicia et ingratitudine persistit: Quem nihil mouet memoria mortis Christi, nonne illi frustra occisus Christus est? Qui à peccatis non resilit recogitans quod tam inestimabili λύτρῳ redemptus, quid illum emendabit? Habuit ne deus quippiam filio suo preciosius? Et potuit ne rem maiorem facere filius

IOANN. OECOLAMPAD.

quam ut peccatricis carnis similitudinē, ipse absq; pec-  
cato, assumeret, proq; peccatore habitus innocenter p  
nobis trucidaretur? Quorū non ergo corporis & sang-  
uinis reus, qui tante rei memoriam nihili facit?

Porrò, unde reus? num quod non credit in pane cor-  
pus, & in uino sanguinem? Hoc non dicit: subiungit ue-  
ro, sed probet homo semetipsum, & sic de pane edat  
ac de poculo bibat: Quia in re se examinabit ne reus  
fiat corporis & sanguinis domini: ne Christus frustra  
per eo mortuus sit. Pro his autē Christus frustra mortuus  
est, qui nō credunt se iusticia Christi iustificatos, et mor-  
tem eius nostram uitam, abluisseq; sanguinem eius pec-  
cata nostra. In hoc ut expendat secum, num Christus se  
pascat, nam si non pascit ipsum Christus, mendaciter se  
pasci panis Symbolo testatur: unde aliud argumentum,  
non esse corpus Christi panē, quia indigne manducat pa-  
nem Symbolicū, qui non cœlesti pane prius uegetantur,  
& fide carnem Christi manducant: quid igitur addat Sa-  
cramentaria manducatio, quod nō antea præstítit fides?  
Sed de hoc postea: Ita autē se probet, num fides per cha-  
ritatē operari incipiat: Nam si te tanti beneficij magni-  
tudo, homine induit nouo, ita ut propter Christū & fra-  
tres, & omnia que Christi sunt diligas: quecumq; autē  
Christo displicent odio habeas: utpote immūdicia, iram  
superbiam, rapinam, & quicquid id genus: Nam in hoc  
taxantur Corinthij, quod Christi morte quidem annus-  
tiauerint, sed ita, ut hodie pleriq; nihil de pristino fastu  
emendant

## AD THEOBALD. BILLIC.

emendant, quiq; ad nouitatem uitæ, fratrumq; dilectio-  
nem non extimulantur. Quæ est illa ficta mortis medi-  
tatio? Quæ illa' in floræ Ecclesiæ Hypocrisis? Nihil ne  
amplius uidetur illis corpus domini, quod pro ipsis mor-  
tuum, quam cadaver carnis, dum non mouet lachrimas?  
dū ad pietatem non incitat? Nam hoc est non dijudicare  
corpus domini. Quamuis & hoc loco nonnulli corpus  
pro Symbolo corporis interpretentur, eō qđ nō dijudi-  
cantes, inter sacrū & prophānū panē nihil discriminis  
ponant: sed minus quadrat, sicut & hoc qđ de corpore  
mystico referūt, eos nō dijudicare corpus dñi, q Ecclesiā  
dei nō reuerentur: at prior nostra expositio planior est.

Et iterum attende quod toties interficit, edere panē et  
bibere de poculo, ut nihil aliud in mentem facile occur-  
rat nisi errore miserabiliter præoccupatis. Alioqñ ser-  
monem angustiorem rei maiestas postulasset: Deniq; pœ-  
nam ostendit indigne Symbolis utentium, graue iudici-  
um, id quod & in hac uita per corporales quasdam in-  
firmitates incipere uidetur. Ita enim intelligūt: propter  
hoc inter uos multi imbecilles & inualidi, & dormi-  
unt multi. Etenim si nos ipsos dijudicassemus, haud  
quāquam iudicati fuissemus. At cum iudicamur, à do-  
mino corripimur, ne cum mundo condemnemur.

Non improbarim quosdā panitos ob contemptū in Sa-  
cramentorū usu: qui in eo potissimum attēditur, qđ nō dē  
iudicatur corpus domini. Hinc n. morbi animos primum  
corripūt, ut uere imbecilles sint: in asserenda ueritate

IOANN. OECOLAMPAD.

minus prompti, ad uincendas animi cupiditates ignauit,  
in iuuandis fratribus fastidiosi, pueri sensu, foemine ro-  
bore, sibi ipsi placentes, aliorū contemptores & men-  
daces. Vbi enim dominicæ mortis memoria cordibus ue-  
re infederit, nihil intermittit quod ad emendandos mo-  
res attinet. Itaq; animis male affectis, haud mirum si iu-  
dicio domini corpuscula quoq; diuexitentur, id quod &  
Paralytico accidisse, ex uerbo domini habemus, dicen-  
tis: uade ne pecces ultra. At ego fidei uirtutumq; iactu-  
ram longe magis horreo, que nunquam non comita-  
tur. Proinde haud mirum sacrificorum & monacho-  
rum gente, non esse aliam peiorem, inuidiosiorem, im-  
puriorem, superbiorum, & inclemtiorem, eò quod  
sacris rebus tam temere sese ingerat: iudicemus igitur  
nos ipsos nū uere pane coelesti pascamur. Nam si absq;  
hypocriti uitam ageremus, minus erraremus in tene-  
bris, minus in pronuncianda ueritate meticulosi esse-  
mus, atq; adeo non solum in tribulatione, sed & in ad-  
uentu domini, libero & Hilari animo, leuaturi essemus  
capita, scientes quæ hic patimur in bonum nostrum ces-  
sura omnia.

EX IOANNE.

**S**atis diuinis verbis coenæ uersati sumus, nam ita uo-  
luiisti, nunc non inuitus concedes nobis, ut ad sex-  
tum caput Ioannis transeamus, & illum Numisma-  
tis nostri probatorem constituamus, Paulus quidens  
per occasionem, ut de Symbolis loqueretur, in ductus ē,

AS

## AD THEOBALD· BILLIC.

At Ioānē de illis in uniuersū tacet, et ne adtingit quidē.  
Quod sit tantū consilium D E I in pane honestando, ual  
demirum, quod tantus uir, qui sublimioribus gaudet, rē  
tam profuso præterit silentio: imò satis nos fidelissimus  
præmonuit Euangelista, de omnibus ad Salutem nostrā  
spectantibus. Sunt qui obsurdescunt prorsus, audien=  
tes citari quædam è Ioanne, eò quod de Sacramentis no  
minatim nihil prodiderit: uerū quām iuste hoc faciant,  
uiderint ipsi. Quis autem Thēoricos medicos content  
nit, eò quod Generales, bone ualestudinis uel tenend.e,  
uel reparand.e, & querendorum pharmacorum, Regu  
las præscribant, & non magis atrat ac diligenter audit,  
ut quum incertum cui morbo sit futurus aliquādo obnox  
ius ne peculiari, quapiam medicina abutatur, ut cum  
negrotare contigerit? Auersetur Ioannem qui doceri  
non uult, mihi colliria, quæ ab illo parantur, hallucinan  
tibus maxime necessaria, & proxime ad rem facere ui  
dentur, modo recte accommodentur. Vix aliunde ma  
nifestius cognoscemus quis de coena domini rectius sen  
titat: quum hic doceatur quis panis animæ, à quo detur,  
quomodo obtineatur & manducetur: aliena ne à nostro  
argumento erunt: frustra ne docebitur quomō caro uel  
edi uel non edi queas? Nihil ne refert scire, quatenus ca  
ro profit, uel non profit. Mihi uero non parua difficult  
tatis pars hinc enodari posse uidetur. Si enim sciero  
carnem nihil profore, carnem pro se non manducabi  
lem, solum Patrem dare panem, consequenter, quid ab=

IOANN. OECOLAMPAD.

homine, & quid in cœna expectandum facile conieclat  
bo. Vnde expendemus & que in. o. capite, et que in cœ  
na agit, si forte nostro instituto seruant, in utroq; sane  
loco occurret, quo nos probamus, an ad cœnam digne  
uel in digne accesserimus: In sexto capite instruimur  
qua fide præditos esse deceat, ut sine periculo cœnæ ad  
esse possumus. In cœna uero & alia nō intermittuntur,  
tantū de signis nihil agitur, eò quod de illis non erat con  
tendendum, neq; enim illa tanta sunt, quanta prædicantur.  
Docemur autem hic primum, quis sit animarum  
panis, ne utiquam enim vulgaris inexplicibili esurie labo  
rantibus, & peccatorum conscientia afflictis suffice  
ret. Et quis ergo? Ipse Christus filius dei uiui, per quem  
condita sunt & subsistunt omnia, nimurum ille & pa  
scere & uiuificare ualeat. Dicit enim. Ego sum panis  
uitæ, qui uenit ad me non esuriet. Et iterum. Ego sum pa  
nis uiuus qui de cœlo descendit, si quis ederit ex hoc pa  
ne uiuet in æternum.

SECUNDVM. Vnde habet Christus quod sit pa  
nis uitæ? Num quia filius hominis? Non: Sed quia pater  
eum consignauit. Num quia carnem habet ut nos? Non:  
Sed quia de cœlo descendit. Num caro è Maria as  
sumpta profuisset? Non: Sed quia misit eum uiuens pa  
ter, & uiuit propter patrem, spiritus enim est qui uiu  
ficit, caro non prodest quicquam.

TERTIVM. Qua ratione fit nobis manducabi  
liss? Quia quum esset in forma dei, non rapinam arbi  
tratus

## AD THEOBALD. BILLIC.

tratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum inaniuit,  
forma servi sumpta, in similitudinem hominum constitu-  
tus, & figura repertus ut homo, humiliavit semetip-  
sum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem  
crucis, propter quod exaltauit deus illum, & dedit illi  
nomen quod est super omne nomen. Quæ Apostoli  
uerba, Christus illis indicat. Quia descendit de cœlo ut  
faciam non quod ego uolo, sed quod is qui misit me pa-  
ter. Hæc est autem uoluntas eius qui misit me patris, ne  
perdam quipiam ex omnibus quæ dedit, sed recusitē  
in nouissimo die. Vides quod quoniam in forma dei, se  
inaniuit, hoc est descendere de cœlo, quod non fecit uo-  
luntatem suam sed patris, quod erat obedientem esse us-  
que ad mortem, in qua nobis ministravit uitam. Et quod  
morte sua nos fit uiuificaturus, ita docet. Et omnis  
qui uidet filium, (hoc est, cognoscit filium dei ita se hu-  
miliasse usque ad mortem: diuinæq; uirtutes in terris  
operatū) & credit in eum, habeat & uitam æternam.

Et postea clarius. Panis quem dabo caro mea est,  
quam EGO DABO pro mundi VITA, hoc est.  
Mea caro erit uobis panis, eō quod propter magnam  
charitatem sponte, ut uos uiuiscem, dabo eam in mor-  
tem.

Alienum scripturæ sensum ingerunt, qui hoc de Sacra  
cramentario pane dictum allegant, sicut Theophylac-  
tus meus, quem citare dignatus est Urbanus Reginus  
uir excellens mira eloquentia & eruditione, sed in-

IOANN. OECOLAMPAD.

hac re minoris quam par sit (pace eius dixerim) iudicij.  
Nam, licet Theophilactus Chrysostomum in plerisq; fœ  
liciter imitatus sit, hoc tamen loco infeliciissime. Verba  
enim Chrysostomi sunt etiam hæc. Panem uitæ seipsum  
adpellat, quoniam uitam nostram & hanc, & futuram  
corroborat, Et fatetur quidem mysteriorum sermonem  
esse, sed non simpliciter, nam sequenti Homelia. 47. sa-  
tis ostendit, quomodo sua de Sacramentis uerborum lux-  
uries capi beat, dicens. Quid est carnaliter intelli-  
gere? Simpliciter ut res dicuntur, neq; aliud quidpiam  
excogitare. Non enim ita iudicanda sunt que uiden-  
tur, sed mysteria omnia interioribus oculis sunt conte-  
planda, hoc est, spiritualiter. Hæc Chrysostomus, id qd  
& clarius alibi monet, interiores oculi autem, ut panem  
uiderint, creaturas transuolant, & non de illo pane à  
Pistore cocto cogitant, sed, de eo qui dixit se panem ui-  
te, qui per mysticum panem significatur. Doleo autem  
eiusdem Urbani nomine, quod minus animaduerterit nō  
esse Athanasium, quem illius nomine citat, sed eundem  
Theophilactum, qui et si non contemnendus uir fuerit,  
in hoc tamen negocio nequaquam circumspectus: quan-  
uis nec uerba illa conuincent: sunt. n. ex phrase Chryso-  
stomiana, qui libenter de Symbolis, tanquam de rebus  
que per Symbola signantur, loquitur. Ita & apud om-  
nes Veteres inuenies corpus & sanguinem dici, pro sa-  
cramento corporis & sanguinis: de qua re satis dictum  
in Libello meo, neq; opus ut nunc repetatur.

Similiter

## AD THEOBALD. BILLIC.

Similiter imposuit multis liber Cypriani nomine, de cœna Domini, quem suppositicum & adulterinum librū testantur omnes, quibus Cyprianus aliquanto notior. Nam ignobilis autor prefatur se suppressurum nomen suum, id quod nequitquam fecisset Cyprianus. Apparet fuisse monachum quendam. Sane nos hæc quæ ille obiicit, & alia quoque hinc inde collecta testimonia pridem expendimus, & olim quibusdam obiecimus. Nunc certiores sumus redditi, quæ prisorum sententia: sed hæc obiter diluta sint. Redeamus ad ea quæ Euangelista inquit. Panis quem dabo Caro mea est. Hic uidetur quæ utilitas carnis Christi, & quæ non, & quatenus profit uel non profit, quia. n. Caro Christi est, & pro mundi uita datur, credita uere pascit, At si in os ingeratur uel stomachum, minime profutura erat animæ. Petri uel Mosis Caro, siue manducata, siue oblata nihil profuisset. Caro uero Christi: ut recte Cyrillus dicit, uiuificare potest, quia caro uerbo dei unita est, at tamen carnis presentia nihil ad rem facit. Nō poterant discipuli qui discebant tantæ carnis dignitatē adprehēdere, et propterea offendebantur. Quomodo. n. Carnales in cruce gloriam, in stulticia Sapientiæ, in morte Vitā cognoscerent? Cessatu autē erat scandalū, sublata è terris carne, quum pro insigni humilitate nomen accepit, super omne nomen.

Quod Euangelista sic dicit: hoc uos offendit. Quid igitur? Si uideritis filium hominis ascendentem eō ubi prius erat, SPIRITVS est qui uiuificat, caro NON

IOANN. OECOLAMPAD.

prodest quicquam: dicere uult. Tunc apud ueros disci-  
pulos offendiculorum finis erit, quem uiderint diuinam  
potentiam, qua Christus resurrexit, & in cœlos ascen-  
dit, & quem caro abesse ceperit: quia carnis præsen-  
tia etiam spiritui, ne mitteretur discipulis, oberat: &  
ueritas nihilominus in toto mundo fuerit conspicua, tuc  
indubitatum erit Christum esse filium DEI, & qui  
uerbis que loquor in eorum corda fidem habuerint, illa-  
lis erunt spiritus & uita, hoc est, uirtutem conseruent,  
ut spiritualiter uiuant, & iam non iuxta carnem sapi-  
ant. Et sic Caro mea uere illis cibus est, & sanguis po-  
tus, non alia manducatione quam fidei, que non ficta,  
uel simulata erit, sed qua cor renascitur, deumq; pie ti-  
mere ac amare incipit, & saginatum memoria tam fiz-  
deli, in opera prorumpit & gratiarum actionem. Hac  
enim unica manducatio Carnis Christi est. Nam in cœ-  
na panem porrexit edendum. Quod si dicat quis eden-  
dum corpus, necesse est ut & tropicam loquitionem in  
uerbo comedite collocet: & propterea quia nō est alia  
manducatio, non decebat diffinire panem esse substanz-  
tiale corpus. Animaduerte etiam hic. Sicut non est ui-  
lentus Tropus, quem dicens: Caro mea uere est cibus. Ita  
neq; dum dicitur: Hoc est corpus meum. Ut ring; enim  
diserte uerbo, EST, utilitur saluator. Qui enim fide  
manducant, ijs non tantum indicatur res ipsa signo,  
sed per fidem obuenit, & obuenit quidem corpus, non  
ut præsens sit, sed ut nostrum: quamuis & ante a no-  
strum

## AD TEOBALD. BILLIC.

strum. Et libenter fatebor adesse corpus, dum eius usus  
confertur et adegit, nempe cognitio misericordie patris,  
qui uerus conscientiae cibus.

QVARTVM. Quæ utilitas cibi istius spiritualis?  
Cibus ille permanet ac permanere facit in uitam æternam. Dicit enim: Qui uenit ad me non esuriet: et qui credit in me non sitiet unquam. Et ultra, Eum qui uenit ad me, non ejiciam foras. Item: Qui ederit ex hoc pane, uiuet in æternum. Et: Qui edit meam carnem, et bibit meum sanguinem habet uitam æternam, et ego suscitabo eū in nouissimo die. Qui ederit me, uiuet propter me. Et: Qui manducauerunt Manna, mortui sunt. Qui ederit hunc panē uiuet in æternum. Faciunt et hæc testimonia ne in pane corpus esse, temere admittamus. Etenim uerba manifesta uidentur, et simpliciter promittunt uitam esuris et bibituris, et si semel quis cōmunicarit, habebit intrasce fontem uite, et non ultra erit opus illi ut cōmunicet. Præterea due salutis uiae erunt. Una, credere quod in pane sit corpus ad nos uisificandum. Altera, quod fides in Iesum Christū crucifixū nos saluos faciat. Ex hac cœna igitur tantum reportare oportebat, quantum à cruce. Verū quomodo se probabit homo, siquidē illinc remissione peccatorū expectat, quam non antea per fidē in mortem Christi assequutus est? Prætereas, corpus Christi eo modo manducabile et sanguis potabilis, ut dicitis, ne redundet in abstemios et infirmos maledictio, et conscientiae ne periclitentur, timendum,

IO ANN. OECOLAMPAD.

quia dum sub illis Symbolis non edunt. Nisi ederitis carnem filij hominis & sanguinem eius bibetis non habebitis uitam in uobis. Si hic contendendo quis uelit certare, non decessent plena uerba: proinde gaudendum est, uerba hæc non pertinere ad coenam: quamuis si opiniatio consistat de impanato corpore, non video quomodo non totum hoc caput sextum ad Sacramentum pertinet: non enim absq; maximis causis, tantum operabitur miraculum.

Q VINTVM. Quis dat hunc panem & à quo pertendus? A patre qui in cœlis, dicit enim: Dixi uobis, uidistis me et non creditis: Omne quod dat mihi pater meus, ad me uenit. Item. Non Moses dedit uobis hunc panem de cœlo: sed pater meus dat uobis panem de cœlo, uerū Et. Nemo potest uenire ad me, nisi pater meus traxerit eū Est scriptum in Prophetis: omnes erunt docti à deo, Omnis ergo qui audiuit à patre & didicit & uenit. Et concludens sermonem, dicit: Nemo potest uenire ad me, nisi datum fuerit ei à patre. Habebunt ne omnes hunc panem? Minime: sed soli prædestinati, qui à patre trahuntur. Nemo igitur suis iuribus, uel agnitione scripturarū, uel suorum operum iustitia, illum sibi parabit.

S E X T V M. Quomodo & quando accipimus panem hunc? Dum non operamur cibum qui perit: nec mundū & ea que in mundo, uentrē, honores, diuitias, addo & ceremonias, & quicquid sub Christo sectamur, sed magnis desyderijs querimus filium dei, virtutes diuinā ostendentem,

## AD THEOBALD. BILLIC.

dentem, et dum omnia pro stercoribus cum Paulo habemus, ut Christum lucrifaciamus.

Porrò dum queritur quid faciendum? Hoc, inquit, est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. Et, Amen dico uobis, qui credit in me habet uitam eternā.

At si carnem Christi in pane querimus. Nónne ab hominis manu recipimus, quod ut donum à solo patre expectandum erat? Insuper si in pane triticeo fuerit, etiam alio modo quam fide in crucifixum, noster esse et manducabilis fieri incipit.

SEPTIM V M. Exemplis docemur, qui manducant et qui non. Petrus manducarat carnem et biberat sanguinem, et propterea dicebat: Domine, ad quem ibimus? Verba uitae æterne habes, et nos credimus ac cognouimus, quod tu es Christus filius dei uiui: quem gustum caro illi præbuerit, quam profuerit, quantum oblectarit, nemo nisi qui et ipse à patre fuerit illustratus, norit. Iudas uero Hypocritarum typus inter discipulos non manducarat, sed diabolus erat, et manens, nimurum offendebatur, utpote organū iræ et proditurus Magistrum, quem post tanta miracula adhuc pro puro habebat homine. Et hodie in posteritate Iudæ uidemus, quantum à Christo desciscant, in quibus ne mica quidem fidei est. Tantum ex capite sexto, quo docemur, qui manducant carnem Christi, et qualiter manducari possit, unde non pauca sunt, que conuincunt figurato sermone dominum in cœna usum.

## IOANN. OECOLAMPAD.

Annecterem & quæ Christus apud Ioannem in cœna de abitione sua ad patrem, de proditione Iude, & quæm obsistat corporalis præsentia aduentui spiritus paracliti. De unico præcepto Christianorū charitate, & de humilitate & patientia in aduersitatibus exemplo magistri: sed minus faciunt ad examinandū, qui nā germanū sensum in scripturis inuexerint, ultra ea que dicta sunt. Igitur ea relinquo. Vnū hoc tantum responderim quibusdam. Si fide sola beati sunt, epulantur eſu-riunt nunquā, uiuunt in æternū, ij qui uere fideles, etiā ſi cœnæ nunquam interfuerint. Quid opus iſto Ritus quibusdixerim, Quid hoc nomine potissimum adornari decebat. Amant .n. ij qui beati sunt, ſuam fœlicitatem ceteris annouciare, & benefactori gratias agere, et quantū in ſe omnem populu ad gloriam dei attrahere, id quod alioqui fieri ſolet uerbi prædicatione et exhortationibus. Infirmitati tamen humane indultum eſt aliquid in Symbolis instituendis, quibus maiori quadam celebritate, id quod scripturis & uerbis alias ebuccina retur, nam ſine illis in unā eandemq; religionem parū fœliciter coitur. Proinde sanctissime obſeruanda, in omni ſinceritate, ueritate fideq; ac charitate. Si .n. diligimus Iesum, qui pro nobis mortuus eſt, fratres noſtros q; et eiusdem corporis mēbra, modis oībus uiuare & amare debemus, cui rei non parum ſeruit cœne uſus. Et longe fœlicius habitabit in nobis quæm in pane Christus Iesuſ, qui eſt benedictus in ſecula, Amen.

## AD THEOBALD. BILLIC.

Ita mihi Billicane, meo cordi uerba cœnæ offeruntur, ut  
in domino confido, & pie, & inculpate, ubi si & tu lu-  
cem admiseris, uidebis omnia quām speraras planio-  
ra. Cæterum ex Tertulianus meus excusationes tuas nō  
agnoscit, neq; n. ita obliuiosum fuisse apparet, ut so-  
lemnium istorum uerborum memoriam amiserit. Neq;  
in Marcionis persona loquitur, nā totus contextus re=clamat: & apparet quod occupatior fueris, quām ut  
omnia expenderes. Velim autem, ne putes contempti-  
bile argumentū, quod dicit hisce Symbolis ueritatē cor-  
poris Dominici significatā aduersus Marcionitas. Nam  
& apud Chrysost. & Hieronymum idem inuenies: con-  
ueniebat autem hic sermo illorum temporibus, quibus  
Manichæi non pauci inualuerant. Iam quid moratur  
id quod ad uxorem libro secundo scribit, dicens: Non  
sciet maritus quid secreto ante omnem cibum gustes,  
& si sciuerit, panem illum non credit esse qui dicitur,  
Quid urget hic? Posset ne porcus ethnicus inter sa-  
crum & prophanum discernere? Quid ille pronuncia-  
ret de margaritis? Quomodo sanctum panem corpus  
Christi diceret, qui Christū resurrexisse constanter ne-  
gat? Putas, quod ex Luacrum regenerationis esse cre-  
diderit quod dicitur? Quoties doctores de Sacramentis  
loquentes admonent, initiatos scire, quid dicatur? Pro-  
inde, non tam facile moueri oportebat. Neque  
figuram cœnæ ita putat, ut inde ueritatem tollat: ne-  
que enim id figuræ nomen cogit, alioquin ex Christū

IOANN. OECOLAMPAD.

phantasma dices, de quo legimus quod figura repertus ut homo. Figuram enim dicimus quod similitudinem rei representat, quod & signum uel sacramentum dicere poterat. Coetera supra diluimus: quare etiamsi in sententia sua perseverarit Tertullianus, adhuc frater noster erit C H R I S T V S, ueram carnem nostram indutus, ut & nos iuuificet.

Porro, quod libellus Sueorum meorum tibi arridet, nescio an aperis & uigilantibus oculis illum legeris. E quidem ut non sim ualde importunus censor, mea sententia infelicitate disfūnularunt se modestiae & charitatis oblitos: nam qui concordiae gratia scribunt, aliter Stylum instituunt. Condonet oro, & benefaciat illis Dominus, atque utimam sola mea causa ageretur, quam uellem peius audire & tacere; sed ueritatis negotium est, quod negligere non licet. Respondi igitur illis, quantum dedit Dominus. Qui conferent quid utriq[ue] scripserint, fortassis inueniuntur sunt, Vtri magis candide.

Postremo quod & amicorum precibus me commendas, gratissimum mihi est, neque mihi rem facere poteris gratiorem. Ab hoc officio ne desistas precor, nam & ego tui non obliuiscar. Faxit Christus ut & precibus, & exhortationibus in utilitatem ecclesie & gloriam nominis sui, diu mutuum iuuemus. Vale.

Kalend. Fœbruarij.

# ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

ΣΤΓΡΑΜΜΑ.

Iohan. Lachmannus Heylpronensis, Erhardus Schne-  
pfius VVimpinensis. Bernhardus Grieblerus Gemmin-  
gen. Iohannes Geylingius Vlsfeldensis, Martinus Ger-  
manus Firuelensis, Iohan. Gallus Sulzfeldensis, Ulri-  
cus Vuissacensis Suigerus. Iohan. Valtensis, Volfgan-  
gus Taurus Orendelsalinus, Iohan. Heroldius. Iohan.  
Rudolphi Oengiacensis, Iohan. Isenmannus, Michael  
Gretterus. Iohan. Brentzius, & alij Hale Sueuorum cō-  
gregati Ecclesiaste, Iohan. Oecolampadio apud Basili-  
enses Christum prædicanti.



RATIA, MISERICORDIA,  
pax à Deo & domino nostro Iesu Christo  
Amen. Cogit nos. Oecolampadi in Chri-  
sto amicissime, charitas (p quā nos qui nō  
paucis Sueuie partibus Christū admittiamus, ne cōtentio  
ni perniciōsissime in ecclesia pesti studerem⁹, sancte ad  
iurasti) ut libello tuo, quem in uulgu, de expositione  
uerborū, Hoc est Corpus meum, edidisti, literis respon-  
deamus. Cogit & FIDES, ut quæ credimus, loquamur.  
Nam cū ille tuus libellus de Cœna Domini esset lectus,  
quid nobis faciendū esset? silendum ne? At fides in Chri-  
stum crumpere ac sese orbi declarare etiamnum in me-  
dijs tentationibus gestit, tantum abest ut uel eloquentia,  
uel humana authoritate, à confessione deterreatur. Fa-  
etus est & nobis, ut propheta ait, sermo Domini ignis  
exæstuans, & clausus in ossibus nostris, defecimus, ferrè

IOANNIS OECOLAMPAD.

non sustinentes. An potius edito in orbem libello, nostram fidem tue opinioni è rationibus, audies proculdis bio, qualibus collecte, diuersam testaremur? Sed prohibebat charitas, ut te non ante admonitum per ora hominum traduceremus.

ANTISYNGRAMMA.

IOANNES OECOLAMPADIVS.

Ecclesiastis, qui nuper HALAE Sueorum congregati, pacem & ueritatem à Christo.

**I** Christianis omnibus, fratres dilecti, par esset in cognoscenda ueritate, mentis acrimonia, uel in ea quam cognouerunt seruanda, fidelis constantia, uel si de sola nominis mei, iniuria liber uester ageret, satius ac consilius existimarem, profundo silentio expectare, donec intumescens ille uestrisyngrammatis aestus, sponte deseruescens, in seipso subsideret, q̄ antisyngrammate periclitari, ne ultra uobis humani quippian accidat: id quod & multo gratius. Neq; enim tam male sedatum mihi inferendis fratribus morositatibus ingenium. At quum uidet am bonam hominum partem propensiorem, ut sucta pro ueris recipiat credulitate temeraria, quam ut aida sincero iudicio expendat, haud ausim committere, ut mea patientia neglectos se ulli querantur, si ueritatem,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

tem, quam semel bene mihi conscius profiteri cepi, primo uestro occursu fractus, ipse non agnoscere videar.

Igitur nemo mihi succensuerit, denuo in lucem prodeunti. Iterum enim me necessitas euocat, et non minus, quam pridem. Quin potius conferatur, quid utrinque scripsi, et ueritati faueatur. Apparebit, Vtri fidem uel opinionem soueant, utri firmioribus utantur rationibus, id quod et facturos uos confido. Admonuerim igitur principio prout mihi coniectare datum est, calorem illum, qui ossa uestra coquit, haud mediocriter suspectum. Vereor enim, quod neque a uerbo Domini, neque a fide uel charitate, fomenta quae pratexit, sumpserit, sed magis prohibeat, ne insignia illa uestra dona, suis, ut antea solita sunt, fungantur officijs: fidei flamma pridem relictus purius. Charitatis ardor pridem oblamebat blan- dius. Nunc incircumspectius taxantur quaeque, nunc molestius exagerantur suspicione. Ut alia taceam, in= dubitatum est, non esse uestrum ignem de quo scribitis, eundem cum eo quo sanctissimum prophetæ pectus exarsit. Neque enim Phasuris cotubernio sum, Habuit enim, habebitque semper, ut spero in deo salute mea, sua apud me dignitatem, uerbum domini, uel saltem eam, ne contradicerem. Proinde remittere licebat aestum istum immodicum, et solita tranquillitate causam penitulare. Nihil enim adversus fidem uel charitatem attentatum, nihil iussum quo d'impium, nihil commissum quo cuiuspiam anime damnosum. Quesita est gloria Christi,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

questa religionis nostrae synceritas, quæ sit a fratribus utilitas, Et unde ignis ille? Haud mirum si tantum charitatis specimen protulerit, ut prius admonere me dignaremini, quam orbi innotesceretis. Eam charitatem seruant et duces belli, qui de populatioem honestatam arbitrantur, si minus præmiserint, et ijs, quod bello nequeunt, extorserint. Minatae enim sunt, et uestrorum τῶν φευσθέλφων (non enim omnes arguo) literæ, modis omnibus ædendum libellum: et alia que non dico, nisi Palinodiam canerem: neque ingratum fuisset id beneficij, quantulumcumq; erat, si locum habuisset mea breuis, et unius dici responso.

Qualiter autem excepta fuerit ea, si non aliunde, certum est ex precipitata illa uestri libelli editione, cognosci potuisse. Que meo nomine, me non tam male habet: nam si rem poenitius introspexero, non tam me traducit, quam ad ueritatem cognoscendam promouet, apud eos qui iudicio ualent, uosipso, quali tunc animo fueritis, delinians. Quamvis interim simplicioribus quiddam offendiculi inde suboriri uerear, propter quos, ut res postulat, ne et illos et uos contempssisse uidear, quantum ad innocentiam meam, et doctrinæ ueritatem attinet, rationem nunc reddam. Animos præparet DOMINVS, ut ueritatis fiant quam capacissimi.

**S Y N G R A M M A.** Patrem in Christo uenerandum hactenus, quotquot nostrum sunt, te agnouimus, quid nos non ut filios tuos tractasti? Vide enim quam belle conueniat,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

conueniat, ut tu primum non admonitis nobis in Ecclesiis nostris, quibus non nostris meritis, sed dei munere presumus, de Cœna dominica dissidium excites. Dein uero ut charitatem seruemus multis argumentis suades.

Quod si tantopere ab alijs charitatem expectas, cur dissensionis semina prior iecisti? Pater aleam ponis & filios ludere prohibes.

ANTISYNGRAMMA. Ut nulla ducor pænitudine, siquid beneficiorum meorum fœliciter apud uos collocatum promeruit, quod me pro patre agnoueritis: ita nullum ingratitudini locum relinquam, si immeritus, tanto prosequuti fuistis honore. Vtroq; sanè nomine lique mihi arbitratus sum, si non patris, certe amici et fratriis officio fungi, communicando quicquid nunc aliquot annis in Ecclesiasticis doctoribus uersanti occurrit, quod tardioribus: si qui essent: ad ueri indagandi frugem conducere uideretur. Neq; hoc alienum à charitatis studio habitum est unquam. Proinde non uideo, quamobrem primus charitatis foedus ruperim uel quam aleam ludendam filijs proposuerim. Adeo autem integrum est pectus meum & priſtini amoris tenax, ut cum non desint ex amicis, qui uobis tanquam ſeuerioribus succenſeant, ego bene precer, & ueſtram deplorem in hac cauſa precipitantiam, licet interim aduersarios communes, tacito( ut aiunt) ſinu, gaudere ſciam. Vos amicitiae renunciare uidemini, ad quam ſeruandam hortatus sum, ſed mihi perpetua erit, quantum in me eſt.

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Neq; liber meus disfidij seminariū uocari potest, apud  
ueros pacis & contemptores gloriae, quam uestram laet  
dem hactenus libenter prædicau. Si ueritatis prædica= =  
tio sediciosa, quid Christo & Apostolis, quorum uesti= =  
gijs nim̄rum ingredi uultis, seditiosius? Et si sedicosa,  
uobis sane sedicosa minime esse debebat. Imo nec eccl= =  
esijs uestris, quarum plerāq; non sunt tante, et in ijs ad= =  
modum paucos opinor, qui librum uel legerint, uel lege= =  
re potuerint, utpote latine editum, quod & ipsum pa= =  
cis studio seruit. Fingam autem uerū quod contenditis,  
male me docuisse: non pertinet tamē ad ecclesiārum tu= =  
multus excitandos, quod ita traditur, ut ad solas sedicio= =  
nes & dissensiones tollendas natum uideatur, maxime  
in ecclesijs, quae Euangeliū agnouerunt. Quam chari= =  
tatem me seruaturum sim prefatus et illā libenter am= =  
plexer, meliora docentes non inuitus audiam, neminem  
in uerba mea iurare cogam, neminem Satanae tradam,  
quim diſensio mea contra charitatem non punget, &  
simplicitas sibi optima quæq; polliceatur: quid tantū uos  
torquet: quir utrosq; facitis fabulam plebi? uereor au= =  
tem ne & Angelis nauseam.

Sed dicite, qua in re uos offendit: cōtristat ne hoc, quoā  
uobis NON ADMONITIS lucubrationem nunciu= =  
pau? Audite ut res adcederit. Scriptum à me librum de  
Eucharistia, cuidam ex fratribus, in uestro syngramma= =  
te non recensito, significavi, indicans per epistolam ami= =  
cie, fratribus Sueuis me nunc upaturū eum, nisi id officiū  
ingratū fore existimet. Respondit autem is, nihil illis di=

IOANN. OECOLAMP. AVTHORE.

Spliciturū, quicquid à me ædi contingat sub illorum nomine. Itaq; suspicione carebat quenquā offendimiri, præsertim nullius nomine prodito. Nam caui diligenter ne quis mea causa periclitaretur. Me profecto nequaquam male habuisset, etiam si nomini meo abusi eßetis, modo id adueritatis manifestationē aliquo pacto fuisset cōducibile. Neq; uos tota Suevia estis. Etiā eos, qui adhuc sub Pax= pae tyrannide agunt, ueritatis et pacis studiosos uelim. Sunt et alij qui genua sua nō flectunt Baal. Quid si Christianis omnibus (quibus et script⁹ est) obtulissim, ut animus erat nisi ppensiōri in uos fuisset studio? Oes ne hostiā statim ante a monēdi erāt? Vnanimiter ne nō admoniti mihi succenserent? Quis legē illā statuerit, ignorō: nec tamē ignorō charitatē, nō tā morosa, quin ad tā illū pecatū cōniueret, et uos cōdonare aliqua ex parte uidem⁹

SYN. Vix dū perniciōsam Carlstadij hypocrisiā effugeramus, et ecce tu eandem Camerinā (quāquam longe eruditius) moues.

3

ANTISY. Amici, qui rē nouerūt, necessitatē non licet tā fuisse testabuntur. Scitis integrō nunc anno sermonē de cœna Dominica per omniū ora uolasse, nec declinare poterā, quin fidei rationē darē, præsertim hincinde scripture locis inter cōcionandū urgentibus, et plebe mārū in modū periclitāte. Quid ad hæc subsecutūs Veritātē, mox ac doceretur, cōmitabatur odiū. Odiū uero erūbat in quotidianū cōuictiorū iliadē, qb⁹ me usq; in hūc diē abluunt, non unius generis aduersarij. Expectabatur

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

disputatio, quæ à senatu Basiliensi Decreta, qualites spe-  
rabantur diremptumiri. Verū publici tumultus, ut mul-  
tis alijs, ita & huic bono obstatere. Interim nunciatur,  
quomodo quidam per Sueviam, & Bauariam pro sug-  
gestu in nos debachentur. In Carlstadium scrivebantur  
libri, qui causam eius non solum, non subuertebant, sed  
& confirmabant. Cæterū, tametsi nihil nobis consuetu-  
dinis cum illo esset, mox tamen Carlstadianos quidam  
nos appellare sunt ausi. Nulla ne tum occasio erat fra-  
tribus nos commendare, & innocentiam ac fidem pate-  
facere? Nonne crudelitatis species est famā cum dispen-  
dio ueritatis negligere? Silentio utiq; peccassem in tan-  
tis turbulis. Camerina (sif sic licet ueritatis indagationē  
appellare) moueri, & nondum sopiri cuperat, cogita-  
re interim de salubritatis ratione, & differere indecens  
fuerit?

**A** SYNGRAM. At Deo gratia, qui per misericor-  
diam suam, quam in Christo Iesu filio suo & domino no-  
stro adcepimus, nos erudiuit, ut aliena à uerbo Christi,  
non ideo meliora, & ueriora existimemus. quod meli-  
us, ac eruditius dicantur. Neq; enim ideo cibus insulsus,  
nobis sapidus est, quod argenteo ad nos uasculo adsera-  
tur. Saporis nobis cura est, non uasculi. Et iubet Iohann.  
ut spiritus probentur si ex Deo sint. Nonne hoc ipso  
prohibemur, ne ad dictionis larvā, sed ad uerbi ueritatē  
reficiamus? Proinde optime Oecolampadi planè nobis  
psuasum est, te facile pro agnata tibi modestia, imò pro  
Christiano

IOANN. OECOLAMPAD. AVTHORE

Christiano candore, passurū ut tantisper de pane et ui-  
no Cœne Dominice à tua opinione dissentiamus, dū do-  
minus et tibi, et nobis ἡ εὐτὸ φρονεῖς dederit. Opta-  
mus aut ut breui fiat, Nā si diutius dissentiamus, quid nō  
malorū in Ecclesijs, uix dum ab antichristi faucibus ere-  
ptis, expectandum erit? Minori periculo errat priuatus,  
minori dispendio contendit uicinus cum uicino. At si er-  
ret propheta, si Episcopus cū Episcopo contendat, quan-  
tæ Satanae deliciæ, quantum tri pudiū? Nos ut sancte iu-  
remus, in hac nostra causa nihil aliud quærimus (quām=  
uis in hoc non simus iustificati) quām uerbi gloriam, &  
Ecclesiarum profectum. Eat nūc Satan & gloriatur uel  
maxime in Ecclesia contentionē esse, suo enim malo glo-  
riabitur. Nam audemus ex hac amica dissentione diui-  
no munere fructum longe maximū nobis polliceri. Dis-  
sensit Paulus de legis onere cum Petro: sed ita, ut ea dis-  
sensio facta sit noster consensus. Cur in hac causa, non  
uſq; adeo diſſimilis argumenti, non eadem ſperaremus?  
Sed nunc ad rem ipsam accedamus.

ANTISYNGRAMMA . Neq; eloquentiæ, neq;  
prophanæ eruditioñ titulos agnosco. Pro mea simili-  
citate, qd'sentio citra fucū eloquor & scribo, & prop-  
terea non est quod imponi ſibi quis à dictionis larua ti-  
meat. Aperte ſcripsi, quamvis aliquanto durius. Certe  
qui uestra cum meis conferent, mibi ſimplicitatis, uo-  
bis eloquentiæ ſtudium tribuent, niſi diſcernere ne-  
ſciant.

## ANTIS YNGRAMMA. AD SVEVOS.

Deinde nullis opus precibus, ut à me dissentire liceat,  
id quod omnibus semper liberum feci. Oro tamen ut ne  
indigna Christo sapiatis. Habemus lucernam, habe-  
mus canonem, habemus gnomonem fidei & scriptura-  
rum. Illæ sp̄cētentur. Ego longe inferior, quam ut quis-  
quam à me petat, ne mihi addictus sit. Neminem adigo,  
neminem urgeo: urgeat autem uerbum domini. Quod  
si omnino dissentendi animus, uidete ne id cum iactura  
charitatis fiat. Cæterum quod optatis, et ego ualde præ-  
cor, ut breui unum ac idem sentiamus. Et ad sis ὁ deus  
charitas, & ipsa pax, ut uotorum sianus compotes,  
ne gloriētur aduersus populum Dei sanctum, incircūci-  
fi ac allophyli. Quero sane & ego PATRIS gloriā  
ac ecclesiæ utilitatem: atq; illa ipsa sunt, propter quæ  
periclitör, factus peripsema, nimirum ceteris mortali-  
bꝝ miserabilior, si me latēte quapiā palpauero hypocri-  
si. Res aut ipsa docebit, utri magis uerbi gloriā querāt.

SYN. Principio causam uestrā de Sacramēto cœne ual-  
de suspectam reddit spiritus, initio sibi dissidens. Nam  
Caroloſtadiuſ huius pugnæ κορυφῶν pronomē Hoc,  
in hac locutione, HOC EST CORPVS MEVM  
ad corpus non ad panem refert, satis testantur libri aedi-  
ti. Sed ceſſit ille harena, & alterius est pila. Zuinglius  
uero referens HOC ad panem, in uerbo, EST, miris  
modis se torquet donec μεταμορφώσε, aut si maiuult  
μετειψυχώσῃ quadam, ex EST, SIGNIFICAT  
faciat. Tu tertius adcedens in tertia etiam dictione uiriū

tuarum

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

tuorum specimem exhibes, & ex corpore figuram corporis facis, quid hoc? Tria sunt uerba, ipsissima scz Helena, propter quam pugnamus, HOC EST COR PVS MEVM, & tres iam nobis pepererunt sectas? Non mirum est quod Esaias inquit: Dominum esse lapidem offensionis & petram scandali, quando hoc uerbū, litera quidem pusillum, sed re maximū tot ac tantos offendat. Si ex prole, hoc est, sectis estimandus esset parentis, deformatem certe parentem iudicaremus, sed didicimus uerbū Domini summa ueneratione tractare, etiam si multis ruinæ occasione præbeat, non quidem sua culpa, sed legentiū uel audientiū imbecillitate. Et conuenitis quidē tu et Zwinglius, sed ubi manet Carolostadij. Hoc? Aut enim ille male docet, referendo HOC ad corpus, nō ad panē. Aut uos à uero scopo aberratis, referēdo. Hoc non ad corpus, sed ad panem. Vide Oecolampadi, ò nos ter, ne quis nasutulus uobis hoc apophthegma occinat, MENDACIA SIBI NON COHAERENT, nisi uero, λογομαχία absit πρεγματομαχία p uolus mus, utcunq; in uerbis dissentiamus, re tamē ipsa cōuenimus, scz panē nō esse corp⁹ Christi, et uinū nō esse sanguinem. Ita ne existimabitis causam uestram iustificatam, si in summa conueniat? Quasi uero non & avari in corradendis opibus conuenirent, sed diuersa uia, hic enim surto, ille sycophantijs, hic parcitate sordida, ille turpib. obsequijs rem familiarem auget. Nonne ut opes corradant, conueniunt? sed diuersis uis & modis

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

conantur. Veritas non ex dissentientibus, sed sibi consentientibus argumentis constat. Sed hæc quanquam magna ex parte spiritu uestru prodant, missa faciamus.

ANTIS YN. Longe alia probandorum spirituum ratio est, & uere spirituales in hoc negocio nos condēnare non poterunt. Periclitabitur ne fiduci ueritas si pleriq; in scripturis nō assequantur, quantū oportet;

Non sine causa uaria spiritus sancti dona recensentur. Neq; parua res, quod spiritus prophetarū, prophetis subiiciuntur: Non erimus propterea sectarū authores, quod in uerborum interpretatione concordes non sumus, nec propterea rei sciendum, quicquid recte sapuerimus, dominusq; reuelarit. Partius obsecro, alioqui & uos à sententia uestra decidetis. Sunt & inter uos multi, qui rogati de quibusdam scripture locis, non mox idem responsuri sunt, modo non è commentario sapiant. Et in hoc arguento, sentiunt plus uobiscum Papistæ: et quidam ex uestris, in pane dicunt corpus Christi mortale, alij uero gloriosum, alij autē neq; humile neq; gloriosum. Et iterum, unus negat impijs præsentiam carnis Christi, alius uero non. Nunquid igitur & uos cedetis à principali sententia? Ante sesquiannum certe pauci similiter respondebant, nunc nescio quo oraculo communiti maiorem concordiam audimus. Nónne & nobis uestrarum opinionum ambiguitas suspectum reddit spiritum uestrum? At uos tria uerbula nobis obijcitis, tanquam Helenam, cum uos in re ipsa uix tandem conuenieritis.

Nostra

IO ANN. OECOLAM. AVT GRE

Nostra certe pugna non est propter uerborū interpretationē, sed propter gloriā Christi defendēdam, quæ minus constabit si uestram asseramus sententiam. Lubens ignouerim hallucinationem, in EST, uel in HOC uel in CORPVS, adde & in COMEDITE, modo salua sit rei ueritas, fideiq; ac charitatis nulla iactura. Ut nam erute essent trabes de festucis propediem consuleantur. Trabs est impanari carnem Christi, uix festuca si non desit charitas, nescire in quo uerbo lateat tropus. Evidem non desfficio auream illam diui Augustini regula, quā libro primo de doctrina Christiana tradit, sic dicens. Quisquis scripturas diuinās, uel quarūlibet eārum partem intellexisse sibi uidetur, ita ut eo intellectu non edificet istam geminā CHARITATEM dei & proximi, nondum intellexit. Quisquis uero talem sententiā inde dixerit, ut huic edificande charitati sit utilis, nec tamen hoc dixerit, quod ille quem legit eo loco sensisse probatur, non perniciose fallitur, nec omnino mentitur. Videlis multos, diuersas interpretatiōes, citra periculū adferri posse, & habere illos non admodum deformem spiritum? Oro, quot in locis eandem dictionem aliter reddiderunt Septuaginta, aliter Theodotion, aliter Aquila, aliter Hieronymus? En uarietate uerborum, adiumento fuerunt ignaris lingue Hebræe, ut sensum facilius expiscarentur.

Nescio quas sectas dicatis, meo nomini, non opinor uel unam mulierculam addictam, cum subinde mihi fi-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

dem derogem, & Scripturæ omnes obedientes esse iubem. Id ipsum facit & Zwinglius, & ni fallor, nec Carlstadius detrectat. Ad Christum omnes mittimus, & nos nobili esse fatemur. Quomodo igitur sectas inducemus? Ego me ipsum nec saluare nec docere possum & quipompa, quo auditorio inflarer?

Et quid mihi Isaiam obtruditis. Christum nobis petram scandali: ubi ille docet in Eucharistia Christum factum petram offendiculi? Verbum CR V C IS , & predicare crucifixum Christum, & esse in Pusillo grege, hoc mundum irritat, hoc Sapientes sæculi infatuat, hoc Hypocritas blasphemare facit. At Christus impanatus (Quenia detur uerbo) Idolum est, Idolum autem petra non est, Verum, Christus qui in cruce, idolum non est sed Petra est, in hunc qui offenderit, & eum suo honore non dignatur, in Petram facile impinget.

Nescio autem, qua ueneratione tractetis uerbum, qui circumstantias pugnantesq; scripturas præteritis, & mordicus unam syllabam triumphantes à figurato sermone tanquam ab aspide fugitis. Si hoc est uenerari scripturas, uenerati eas sunt & ἀνθρώποι μορφῖται & qui maxime infirmi, ijdem & maxime uenerantur.

Cæterum quod consensum nostrum in summa cause, comparatione filiorum Belial & auarorum honestatis, intempestiuus factum sit

6 SYN Rationes tui libelli tractandæ erunt. Quod enim nos prima statim fronte errorē de corpore Christi suxisse

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Suxisse à Petro Lombardo, alijsq; sententiorijs scri-  
bis, serio te scribere ut credamus, induci nō possumus.  
Nam qd' panē cœnæ sanctificatū uerbo Christi, corpus  
Christi pro nobis traditū pronunciemus, nō ē Petro Lö-  
bardo, neq; enim tantū honoris homini deferim⁹, sed ex  
ipissimo Christi uerbo, et sacro eius ore haſsimus. Nō  
est tanti aquid nos uel Lombardus ille, uel Damasceno,  
ut illis adcep tam feramus fidem nostram. Laborē corū  
nō contemnimus, hoc enim inuidi, nō candidi pectoris ef-  
set. At fructū laboris, in hac causa utcunq; in alijs scrip-  
serint, neq; enim nūc animus est uelle illos uel excusare,  
uel adcuſare, domino obferimus. Certe quo cōſilio nos di-  
ſcipulos Löbardi uoces, tu uideris, forte enim hoc nomi-  
ne apud pios causam nostrā, si nondū improbā, tamē ſu-  
ſpectam reddere conaris. Eodem animo ni fallamur, in  
Libelli processu, noſtra cum execrabilis Papistarū missa  
cōmittis. An quia probentur nobis, dū afferimus panē  
cœnæ eſſe corpus Christi impietates missarū? Nequaq;  
opinamur enim te huiusmodi quæpiam de nobis ne ſuſpi-  
cari quidem, adeoq; maxima hæc nobis cura eſt ut uer-  
bo domini ab ecclesijs noſtris tam horrendū ac fœdum  
idolum proſigamus, et id quidem strenue conamur,  
dominus autem conatus promouet. Supereft igitur ut  
bac unica cauſa nos à partibus Papisticæ impietatis, ſta-  
re inſimules, et fidem doctrine noſtræ, imò nō noſtræ  
ſed Christi de cœna domini, apud pios, quibus omnia  
non tam uerbum quam sacramenta, in ecclesia Papisti-  
ca ſuſpecta ſunt, perdamus. Attamen Oecolampadi,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

uenerande, absit ut hoc de animo tuo somniemus, probatior nobis est candor tuus, quam ut tale quidpiam dete suspicemur.

ANTISYNGRAMMA. Mirum quam fluctuat sermo uester. Non suspicamini, et nihil non suspicamini, si non suspicamini, quid opustanta rhetoricatione? si suspicamini, quid dissimulatis? Susplicabor et ego, sed profabor libere. Qui contendere uult uel recedere ab amico, occasionem querit. Non hoc consilio producitur Lombardus, ut suspecta sit causa uestra apud pios, sed cum uobis optime uelim, errorem istum, qui et uos aliqua ex parte tangit, prorsus abolitum cupio, eò enim pergit totus liber. Aperiam ergo et uobis consilium meū, in re inuidiosissima, et apud tam teneras, imò apud tam crassas aures, ut à contentione longissime abesse, argumentum quæsiui maxime pacificum. Et opinor qui factum digna trutina expenderit, statim odorabit, hoc pacis studio factum. Vos autem nunc uestra conscriptione, in barenam progredi me cogitis. Bene, si Lombardū non agnoscitis Praeceptorem, quod non ignoraui (fœliciores enim praceptores sortiti estis) quid agnoscitis culpan innocentess?

Et quid tam ægre fertis, quod cum papistis coniungamini, si tam diuersi ab illis estis? Sed hoc minus gravat, nescitis enim inter quos et ubi locorum agam, et quod satis faciendi duabus factionibus una opera animus erat. At uideo quod nunc uobis se iungunt Papistæ,

IOANN. OECOLAMPAD. AVTHORE.

ste, uosq; collaudant ac in præcio habent, & uobis pro= pugnantibus spectatores, tantum non ignoscunt, quic= quid iacturæ à uobis hactenus fecerunt. Vereor, si do= mino errore illo diutius populum diuexari permissuro, uictores Papiste uobiscū fuerint, processu temporis non magno, laborem nostrum omnium minores, quam spe= rabatur, daturum fructus. At quum uel uos illi, uel illi uobis iunctis copijs contra nos stetis, quir non utrosq; aggrederer? Suis utriq; uulneribus, quando à me peti= ti fuerint, cognoscent: sed non oportebat in his nugis morari.

S Y N. Sed inquis, superstitioni & hypocrisi ansa 7 omnium maxima datur, si credamus panem esse corpus Christi. Age, nemo pius Idololatriam uerius dixerimus: quām superstitionem qua hactenus panis coenæ tracta= tus fuerit, probare potest. Nam Christus inquit, non ue ni ut mihi ministretur, sed ut ego ministrem. Sic pani per uerbum corpus suum tradit, nobisq; donauit, nō ut ipsi inferuiatur, sed ut nobis inferuiat, ut edamus & bi bamus, ut conscientiam nostram confirmemus: quomodo enim panis coenæ conscientiā confirmet, post sequetur.

ANTIS Y N. Quando uestram opinionem ab Idololatria cupitis vindicare, uellem eam uberiorius proponeretis. Si caro enim in pane substantialiter est, uere impanata est, & coniectaneum etiam dcum impa= natum. Corpus enim illud à deitate non separatur. Iniu= ste igitur ei cultus denegatur, ubi ubi nobis occurrit.

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Neq; fidelis mens à cultu abstinere poterit, At deum impanatum colere, cum non sit deus illi creaturæ, quæ carni Christi addictus, non caret falsa religinne.

Dicitis, carnem dari non ut illi ministraretur, sed ut Christus ministraret nobis. Libenter cōcedā, sed nō eo modo quo uos dicitis, ut propterea sit in pane. Nam scio quod se ex hodie præcingit, et panem in regno cœlorum ministrat, conscientias credentium pascens. Porro tempus obedientie, hoc est ministerij Christi morte consummatum est, de quo dixit, non ueni, ut ministretur mihi, sed ut ministrem, Postquam enim resurrexit non ministrat, sed regnat ex gloriosus in cœlis gaudet. Probare autem oportebat quod in pane conscientias præsentia sua pascat. Pleriq; enim hoc constanter negamus, quia sine uerbo dei dictum est.

**S Y N G R A M.** Iam ut maxime hypocrite pane cœnæ abutantur, num igitur non erit corpus Christi? An quod ansam præbeat superstitioni, negabimus eum esse corpus? Eadem certe ratione Christus, nō esset Christus, nec filius dei. Nam propterea quod filiū dei se fecerat, clamarunt crucifige. Ab usus rei, ueritati eius nihil adimit. Abutuntur et impij uerbo domini, num propterea pernegabimus uerbū domini esse? Quām impie tractarint Iudæi Christū alapis, flagellis, et cruce, lippis et tonsoribus notum est, an ideo Christus nō erit Christus? Eò quod ad has impietas prædicando se esse Christū seu filiū

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

Seu filiū Dei ansam præbuerit? Iniquū ne factum inter-  
pretabimur, si enim priuatus uixisset, nullo publico mu-  
nere functus, iuxta mundi rationem nullam in se sauen-  
di occasionem dedisset, iam cum prædicarit, & miracu-  
lis inclauerit, reijciemus ne in Christum Iudeorum sæ-  
uitiam absit longissime. Ad eum modum de pane coenæ  
differere licebit, iniqui enim iudices essemus, si super-  
stitionum, impietatum, ὑπερπιστῶ πιολολατηρίου cau-  
sam in panem, qui corpus Christi est, reijciemus. Quasi  
uero panis ideo non esset corpus, quod caro supersticio  
sula sit, quæ solet non nunquam etiam num ex deo ido-  
lum facere, dum in deo querit nō quæ Dei, sed quæ sua  
sunt. Malum igitur erit deum esse deum? Nōne & plæ-  
riq; hypocritæ è diuo Valentino, aut alio quopiam san-  
cto idolum faciunt, sed propter alienam hypocrisim,  
Valentinus si modo quispiam est hoc nomine è sanctis  
uocatus, non è diuorum numero proturbatur. Proinde  
quantū ad hanc rationem adtinet, adhuc stabile manet,  
panem coenæ esse corpus Christi, iuxta uerbū Christi.

A NTIS Y N. Argumenta illa uestra sunt, neque  
enim ita colligo, Hypocrite abutūtur pane coenæ ergo  
non erit corpus Christi, scio tamen hodie glorioserem  
Christum, quam ut ab illis se ueltangi ueledi carnali-  
ter sinat, qui & resurgens mulierculæ pia tactu prop-  
ter incredulitatem interdicebat. Erat tempus quo  
humiliabat se Christus, nunc impiorum manus adeo  
euasit, ut illorum auditati impiae nullo modo mi-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

nistraturus sit. Tametsi mihi neutiquam contemptibile uideatur argumentum, Christum corpore suo Hypocrisi nostrae nos seruire, qui ueritatis est doctor, ut ut benignitate eius abutamur. Didicimus autem plerique Cognoscite uero fratres, res enim alios spero, tangit pulcherrime in coena simulare & fateri nos credere toto corde, cui toto corde refragabamur.

9

SYN.GRA. Nam quæ de miraculorum generibus ex Augustino aduersis, sic adcipimus ut obiter citata, non ut credamus ea te proposuisse studio improbandi nostra. Quanquam enim Augustinus panem speciem dicat, peracto ministerio transituram, non tamen negat panem id esse quod est, nempe corpus Christi, id quod ex priorib. colliquecit, nam quod serpentem illum aenum in eremo exaltatum speciem aliquantulum mansuram uocet, numerum serpentem sinit esse quod est.

ANTISYNGRAMMA. Imò non sunt temere dicta, nec infideliter proposita dicetis, si illum consuleritis. Sed ideo fortassis non improbabunt uestra, quia Augustinus, Augustinus est, & non Matthæus uel Lucas. Contemnatur igitur, quia nō stat à parte uestra, nam quod uos dicitis esse supra captum nostrum, hoc ille dicit planè intelligibile: & quum uos miraculum maius ponatis, quam sit creatio mundi, ille miraculum esse negat. Hactenus Augustinus uir acutioris habitus est ingenij.

10

SYN.GRAM. Porro quid panis cœnae sit, pulchre

IO ANN OECOLAM AVTHORE

chre nobis etiam manifestum fit ex collatione cum ser-  
pente & neo. Sic enim Nume. 21. legitur. Loquitus est  
DOMINVS ad Mosen, Fac serpentem & eum, & po-  
ne cum pro signo, qui percussus aspergerit eum, uiuet.  
Quid ergo serpens est? an solum serpens? an solum sig-  
num? Nequaquam, sed serpens est, uel signum S A=   
NANS: unde hoc habet? an quia serpens? an quia & ne  
us: non, sed quia hoc uerbum habet, Q VI PER C V S  
S V S A D S P E X E R I T E V M V I V E T . Ita  
spiritus in Psal. 106. interpretatur, Clamauerunt, in=  
quit, ad dominum cum tribularentur, & de necessitati=  
bus eorum liberavit eos, Misit uerbum suum & sanavit  
eos: Non ait misit serpentem, sed uerbum. Quale?   
hoc scilicet, Q VI PER C V S S V S A D S P E X=   
E R I T E V M V I V E T . Igitur adcedente ad ser=   
pentem hoc uerbo, tale fit serpens, quale uerbum est,  
manens interim & serpens & & euenus & signum, sed  
& sanatius est. Ita loquendum est de pane coenae do=   
minice. Is enim panis ut maxime pistus sit in fornace, ut  
maxime & stomachu pascat, talis tamen fit, quale uer=   
bum est, quod ad panem, ut ita loquamur, adcedit, uer=   
bum autem est, HOC E S T C O R P V S M E V M  
Q VOD PRO VOBIS TRADITVR. Iam  
ut serpentis uerbum sanationem ad serpentem adulit,  
cur non ita coene uerbum corpus ad panem ferret?  
quando ut serpentis uerbum in se uim sanandi possede=   
rit, ita & coenae uerbum secum possideat corpus Chri

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

sti. Nam tropum non esse, nec in dictione E ST, nec in nomine C O R P V S, postea conuincemus. Vides autem clarissime uir, nos pinguissima, quod aiunt, Minerua, nostram sententiam declarare. Proinde animo grato tuleris, si quando minus uerborum parci fuerimus.

A N T I S Y Utinam allegoriam serpens ænei, non in aliud sensum quam Christus apud Ioannem docuit, afferretis. Ibi Christus exaltatus est serpens æreus ac sanans, Christus in cruce sanat fideliter aspicientes, propter fidem. In cruce, in cruce exercenda est fides. Hac, hac, uia est ad ueritatem et uitam. Vbi legitim promissionem sacramentis data, ut hanc uim habeant? Ritum enim illum sacro sanctum instituendo, Christus promissionem dedit credentibus in mortem corporis pro ipsis traditi, non in Esum panis. In æternum non probabitis talem substantia panem, quale uerbum: sed uidebimus quomodo sitis probaturi: neq; ostendetis talem serpentem, quale uerbum.

Misit inquit dominus uerbū et sanauit eos, quibus misit non serpenti, ut uim ille haberet reconditam, et in substantia sua noua ui dignior fieret, sed ut significando futura mysteria, misericordiam domini doceret: misit autem D E V S hominibus uerbum, hoc est, per uerbū declarauit uoluntatē misericordiae sue et hoc signo serpentis, quo morbum suum agnoscebant et uirulentum animal absq; ueneno cernebant, fidem ac obedientiam eorum excitabat. Evidem si nō puro diuini uerbi iussu  
acceptum

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

acceptū ferrem, sanatos saucios, mallem id angelis quam serpenti, eò quod per illos pleraq; miracula Deus operari dignatus sit. Etenim si ea uis serpenti fuisset indita, male egit Ezechias, qui tanto deo populum suum priuauit. Nam si uerbum substantiali modo serpenti æreus uniuerset, ut serpens non solum esset æneus & signum, sed ex præsentia & unione uerbi sanatiuus, non peccasset illi Idololatré: sed non peccauit sanctus Rex qui sciebat æreum serpentem nihil aliud esse quam signum, misericordia autem Dei saluatos quotquot à serpentis iictu seruati.

Iam quod coena uerbum habet, non habet, ut sibi datum, sed ut signum, quod significet quid alijs promissum, uel in alio factum. Admonet enim nos coena beneficij per mortem Christi nobis exhibiti, non ipsa beneficium præstat. Admonet quid nobis, non quid sibi promissum. Videte autem quam arguti dialectici sitis. Datis serpenti uim sanandi, pani uero non conceditis, et fit deterior conditio panis, quam serpentis, aut, si dabitis pani uim redimendi, quia secundum uos corpus est. Frustra dicitis crucifixum Christū quem predicatis. Tradi enim pro nobis, uel frangi pro nobis, est redimere nos. Hoc uerbum soli corpori datum est, memoria autem cœnæ. Beneficium in cruce, cōmemorationem autem in coena querimus.

S Y N G. Itaq; Augustinus cum panem transituram speciem uocat, non negat Panem non esse Corpus,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

quemadmodum nec serpentem negat sanatiuam vim habere (nō qua serpens est, sed qua uerbum habet) quāvis eum speciem uocet, aliquantulum mansuram. Porro hinc opinamur, nunc maxime cognobile esse, quae sit ratio sacramenti, uel panis cœne.

**A N T I S Y.** Augustinus nouem genera significacionem ponit, et in nullo uult rem signatam eiusdem cum signo substantiae, ita ut res significata uniatur signo. Et in his panem mysticum inter postrema numerat, eo quod in eo minus miraculorum. Nec inficias eo, alicubi illum, panem uocare corpus, et ego ita libenter appello, sed ut ille interpretatur in Epistola ad Bonifacium ac alijs locis, ita & sentio, nempe quod sit sacramentum corporis. Qui mos loquendi ecclesiæ familiarissimus, et ipsissima mea sententia.

**Q**uid est autem dicere, qua uerbum habet? Nonne dum sic loquimini principium petitis, quo morbo solos contentiosos, non præcones VERBI PACIFICI laborare deceret. Nam de hoc inter nos controuertitur, an hoc uerbum ideo dictum, ut panis sit substancialiter corpus, uel dictum, ut panis significet corpus. Et si admittitis eatenus accepisse uerbum, nemo est qui negat, uel contendat. Et Augustinus vim sanatiuam non tam serpenti quam diuinæ voluntati, uel angelis tribuendā existimat. Tametsi interim ad excercitamentum fidei, serpentis spectaculum præbitum sit.

**S Y N G.** Calumniantur enim multi, quod in pane eiusmodi,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

eijsmodi, quæramus fidei confirmationem, conscientie solatium, peccatorum remissionem. Inquiunt enim signa exteriora non posse esse conscientie firmamentum, & fidei robur: Sed dum taxat fidei protestationes, Siquidem carnalia in spiritualia nō agunt: prudentes scilicet homines, & maxime salutis nostræ fitientes, ne ponamus spem & fidutiam super arenam, formidant. At nos recte sentimus, illi autem non recte sententiam nostram intellegunt. Sacramentum enim cœnæ symbolum esse et communionis protestationem quis negat? Adsentimur patribus qui & communionem & στοιχεῖα & ἀγάθην uocarunt, unde & Christus in eadem Cœna plura de dilectione, plura de fratrum cœmunione differuit, quam aliis unquam. Sed quia cœna Domini, non solum panem cœmunionis Symbolon habet, sed & uerbum, non iniuria conscientie solacium, peccatorū remissionem, ac fidei robur in cœna querimus.

ANTIS Y. Vbi uos consolationem quæsieritis nō contendo, sed scio magnam partem plebis omisso uerbo, signorum mancipium fuisse, & ab elementis huius mundi pependisse. Ceterum in signis fidei confirmationem querere, perfectioribus indignum iudico: rudibus sua deo, ut meliora addiscant relictis ijs, que periculosa ac damnosa sunt. Regnum enim Dei & gaudium in spiritu sancto in nobis est, & intra nos erit.

Iam recte docetis materiam illam panis, addite & carnem, si assit, nihil prodesse, sed qua uerbū habet, fructu

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

non carere. Non contradico uerbum ad exercitamentum fidei non nihil facere. Vnde quia & coena non solu uerbum habet, sed & ipsa uerbi uice est, signandoq; loquitur, quod illud in sonando significat, pijs mirabiliter intus operante spiritu sancto, prodest. Est enim uerbum externū organum, & ut aiunt, uehiculum spiritus. At ut uerum solatum capiamus, ut uere doceamur, ut uere ungamur, ut uere remissa nobis peccata sciamus, necesse est, ut simus theod' dactoi, & spiritū habeamus docentem clamare, Abba pater. Nam inde & nomen habet τὸ παρακλήτος, eō quod inhortetur nos, & console tur, quem abiens hinc Christus opulentius daturū se promisit. Testari charitatem oportebat in sacramentorum perceptione, & iam nos pastos consolatione in Christo, & propterea εὐχαριστίᾳ. Internarū enim rerū uera cissimae protestationes Christianis sunt. Quemadmodū adulterus baptismum polluit, si non eū ante affritu perunctū prioris uitæ peniteat. Ita & is qui corpus indigne edit si consolationem non in ipsa passionis fide repeatit, antequam accedit, ualde periclitabitur, nisi miraculo quodā à spiritu Dei uisitetur, sicut si ante a se probauerit tantis externis admonitionibus, quibus adiunguntur internæ, nimirum multum proficit quamvis internæ, id ipsum etiam absq; signis, plerūq; efficacius operentur. Quia corda pia uerbum illud in corde fouent, & bonum thesaurum reconditum habent.

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

Sareperiuntur, modo quis uera fide querat, uerbum enim solatur adfictos, erigit deiectos, fidem confirmat, breuis uiter, omnia dei bona nobis adserit. Iam cum panis coenæ hoc uerbum habeat, HOC EST CORPVS MEVM, QVOD PRO VOBIS TRADITVR. Quo confirmatur conscientia, & peccata remittuntur (uerbum enim est filij Dei) quid prohiberet, quo minus haec eadem in pane quereremus quando panis coenæ iam non solum panis sit, sed uerbum habeat. Hoc est corpus meum &c. nec nos fidei robur in pane qua panis est querimus, sed qua uerbum habet.

ANTIS Y. Quod multū præstatis uerbo non uitupero. Sed uidete ne aliorum, quam quo debent trahantur uerba DEI MAGNI, id quod uobis non usq; adeo curæ est, sed simpliciter inculcatis uerbum habet. Nec probatis quod hoc modo, ut dicitis, habeat.

S Y N. Quemadmodum & ciuilis quæpiam coena symbolon est ciuilis amicitiae: Sed & confirmatio eius est non qua coena est, sed qua amicas pollicitationes, aut si nihil aliud, confabulationes habet.

ANTIS Y. Si intra hos cancellos uos continuis= setis, non tam longe à meta uos abesse iudicarem. Conuenimus in hoc quod amicis promissionibus pascimur. At illæ non inserunt corpus pani, hoc, quo dicitis, modo, sed semper ad memoriam passionis eius, absensis in qua, quantū ad corpus attinet, inuitat: et uel ad gratiarum actionem, uel ad uitæ emendationem compellunt,

14

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

**15** SYNGRAM. Præterea longissimo interuallo intersunt sacramenta, quæ Gedeoni & Ezechiae contigerunt à sacramento cœne. Veterum enim miracula uerbum confirmant, sicut & Christi uerbum miraculis confirmatum est. Panis autem cœne non uerbum confirmat, sed à uerbo confirmatur. Ad hæc miracula alias quæ facti miracula sunt, non uerbi, fidem confirmant, propter factum, non propter uerbum. Cœne autem symbolon confirmat fidem, non propter factum, sed propter uerbum. Iam ut quoduis uerbum dei miraculum est, ita & cœne uerbum, Nemo enim negaverit Cœne uerbum esse Euangelium.

ANTISYN. Si pro miraculo habetis quod rārum, dolco uerbum dei apud uos, quibus illo nihil frequentius esse decebat, miraculum esse. Sin pro re ardua & admirabili, non apposite cum rarissimis signis, & ad confirmationem datis confertur. Etiam hodie humanae imbecillitati magis necessarium est, uerba miraculis, q̄ miracula uerbis confirmari. Vnde illa miraculorum uitanitas? Sommīs simillima sunt, quæ dicuntur. Nescimus enim aliquid in toto naturæ rerū ordine, quod hic aliter se habeat, neq; uerbum quod affertur, hoc cogit, cui ad credendum parati essemus.

**16** SYN. Audi ergo quid Paulus dicat Roma. i. Euangelion est potentia dei ad salutem omni credenti. Audiemus ne, & in hoc loco nouam uestram expositionem. Euangelion (quod & literas & syllabas & carnales dictio-

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

dictiones habet ) non esse potentiam dei, sed significare? An nō talibus expositionibus euerteretur tota laus Euangelij? Et ut planè intelligas quale miraculum in pane & calice coēne adseueremus, adpertius & crassius demonstrabimus, Christum proculdubio non solum ueracem, sed & ipsam ueritatem credis. Inquit enim, ego sum uia, uita & ueritas: adeoq; se ueritatem esse declarauit, & signis & miraculis & resurrectione, & spiritu sancti missione, hæc enim omnia ueritatis Christi operæ & sigillum sunt.

ANTISYN. Quod & prolaticijs uerbis uim quandā plusquam humanam uindicatis, substantiali modo internam, non capio: neq; probatū est. Operatur sancte deus per uerbum, ut per organū, ipse in sua inter imfelicitate quietissimus, idē in omnibus & extra omnia. Vnde & præsentiam eius uerba & sacramenta, ac omnia ipsius opera testantur, nec tamen propterea tanquam præsentia dei, magis mirabilia sunt, nisi quatenus organa sacrosancta sui officij dignitate nobis adeo grata ut planè humilient & religiosius tractentur.

Iam hoc ad Rho. i. Euangeliū est potentia dei omni credenti non ita exponimus, ut Euangeliū quod literas & syllabas habet, significetur esse potentia sed qd' in annunciatione Euangeliū clucessat potentia dei, que nimis obscuratur, nisi uerbi doceatur. Fatemur enim libenter uerbi esse uehiculū spiritus sancti, ut per illud operetur, sed operationis modus longe præstantior est,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

quām spiritus sanctus sōno interim addictus putetur. Neque hoc Paulus docuit, sed uoluit dicere, se non pudere Euangelij eō qd' sciat nō nisi per Euangelij administrationem salutē contingere. Porrò quū humanæ naturæ soli, in persona Christi uerbū substantialiter uniatur, ita ut possim dicere DEVS VERBVM EST HOMO, absit ut de ulla creatura in hinc modū uerbum deum prædicem, ut si dicam, hoc uerbum externum est uerbum dei, uel hæc scriptura est uerbum dei, facilius persuadebo mīhi quod mentem uestram non capiam. Scio quidem. 1. Thess. 2. Paulū dicere, cum accepissetis à nobis uerbū auditus dei, accepistis, nō ut uerbū hominum sed sicut est, uerum uerbum dei. Item Rho. 10. fides ex auditu, auditus autē per uerbū Christi: & in multis alijs locis, quod ideo dictum est, quia nō humana, sed diuina doctrina tradita est, & quod exterior vox assimat in se imaginē uerbi interni à sancto spiritu excitatam, illamq; significet ac annunciet. Atqui operatio illa dei tam pura est, ut substantiua illa prædictio locū nō habeat, quæ nobis innumeræ hypostases produceret. Quid tunc gloriæ diuinae reliquum, si dei inuerbationem, impanationem, inliterationem, & insacramentationem audiamus? Qui intellectus etiam gentibus, quæ non omnino brutæ, grauis fuisset.

Et expositores totam laudem Euangelij omnisq; scripturæ semel euertent, hi nō solū qui minus dicūt, sed & qui præter scripturæ mentē hyperbolas afferunt, qui=bus ne-

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

bus nescio quò tandem uolabunt labia magniloqua.

S Y N. Iam cū Christus ad paralyticū sive ad peccatricem mulierē dixit. Remittitur tibi peccata tua: nōnne in hoc breuissimo uerbo, remissio omnīū peccatorū includitur, & inclusum ad paralyticū et peccatricē adfertur? Præterea cū iussit Apostolos pacē optare domui in quā intrarent, dicentes. Pax huic domui, nōnne in hoc uerbū, P A X H V I C D O M V I , pacē inclusit, & quodammodo pacem uerbo captiuam dedit ( pinguiter enim loquimur ut intelliganur ) quā uerbo inclusam ad domus inhabitatores Apostoli obtulerūt: quis sanus hæc negaret? Ad hæc, cū inquit, ego sum resurrectio & uita, nonne hoc ipso uerbo auditori adfertur uita et resurrectio, nō imaginaria sed uera, sed tali, quali resurgimus & resurgentemus, si uerbū adcipiamus? Ita cum ait, Ego sum Dominus deus tuus, nōnne hoc uerbo D E V S T V V S , donat se dominus totū, unā cū omnibus suis bonis? Non enim potest esse deus, sine sua bonitate. Proinde cum se donat uerbo, omnia sua donat.

A N T I S Y N. Colligitis pluribus exemplis uerbis insitam energiam. At ego dum fidem meam explorō, fidem etiam aliorum qualis sit, inuenio. Non enim simpli citer attendo quod sunt uerba, nam sic parum me recrearent, sed spacio quod sint optimi & maximi D E I , promissionē, que fallere nequit, annuntiantia. Itaq; fiduciam meam iuuat misericors dei omnipotētia, qui nō tam sono q̄ sua diuina ueritate mihi uult esse propitius

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Sic & pacem recipio, & deum ipsum. Non est enim alia inclusio quam quod significatur, id quod non solum uerbis, sed & nutibus fieri posset.

**18** **S Y N.** Simili ratione, cum Christus dixit: CORPVS MEVM PRO VOBIS TRADITVR, et SANGVIS MEVS PRO VOBIS EFFUNDIT VR, nonne in hoc uerbum, corpus & sanguinem conclusit (absit uerbo inuidia) usq; ad eo, ut quicunq; hoc uerbum adripiat & credat, fideq; teneat, arripit, accipit, habet & tenet uerū corpus, & uerum sanguinem Christi, cum scz qui nobis effusus est, non spiritualem, sed carnalem? Siquidē sanguis spiritualis non est pro nobis effusus, sed carnis.

**A N T I S Y.** Et quae illa consequentia, obsecro, nūc em̄ dialecticen dedidici. Donat se deus per uerbū, igitur & donat se uerbo, & ante a se uerbo inclusit. Admitteatis ne & has illationes? Rex per literas suas regnu me donat, igitur & mortuis literis regnū donat: & quomodo regni capaces erūt literæ? Donauit Pater mihi filium, unde exulto, nū donauit & libro meo, in quo doceri donationē inuenio? Sic dicite, quomodo donauit panis & uino? Vide mini hec incōsideratus protulisse. Porro si corpus & sanguinē donari dicetis uino, & sanguini, ut rex literis regnū includit, quò filiū donat, placetq; manere intra hęc septa. Iterū res plana est, et nulla opus contentionē, solisq; uerbis dis̄sidemus. Quid refert quo modo loquitionē baptisemus, siue tropica sit, siue proprias

IOANN. OECOL AM. AVTHORE

prius Verū est, qui arripit fide ab INTERNO DO  
CTORE uerbum hoc. Verbū caro factum est (ut nō  
in solo isto moremū: Hoc est corpus meum, quod pro  
nobis traditur,) qui credit, inquam, habet uerum cor-  
pus & uerum sanguinem Christi: nam & membrū Chri-  
sti est incorporatum illi os ex ossibus eius. At nolo  
eam uel panis, uel uerbi externi dignitatē, qua nobilē  
ora forent quo quis angelo. Non enim apprehendit Deus  
angelos, uel ullam creaturam aliam præter hominem.

S Y N G. Iam cum solum uerbum tantæ est energiæ  
ut ad nos adferat corpus Christi corporale, illud scilicet  
quod pro nobis traditum est, & sanguinem corporalē  
qui pro nobis effusus est, cur nō eandē energiam retine-  
ret, cū ad panem et calicem adcedit? An hoc uerbu, cor-  
pus pro te traditur, continet corpus, et auditori id ipsum  
adportat. Cum uero adcedat ad panem **HOC EST**  
**CORPVS QVOD PRO VOBIS TRADI-**  
**TVR**, non eadē retineret que ante? Panis ne aliquid  
uerbo admet? absit, sed uerbum ad panem fert, id quod  
in se continet. Continet autem corpus Christi uerū cor-  
porale, proinde fert & corpus ad panem.

19

ANTISY. Arguitis perpetuo à non concessis. Ver-  
bum, inquam, dei nullam creaturā assūmet, hominem se-  
mel assumpit, neq; corpus sonum assūmet articulatū,  
quo tanquam uehiculo: ueniam profor: gestetur. Inau-  
ditum mihi hactenus fuit, corpus Christi corporale esse  
in uerbo, sicut ipsum in sacramento tradiderunt. Sanc-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

iuxta meam assertionem non est quod obstat, quin sic se  
res habeat, ut argumentamini. Sed nō debebam oppug-  
nari à uobis, si non dissentiretis. Sed dissentire uos dili-  
gentia uesta coarguit. Igitur fœlix contentio, olim cor-  
pus Christi corporale in sacramento tantū in terris puta-  
batur, nunc etiam absq; sacramento, in uerbo corpora-  
le adest. Aut si aliter uobis uidetur, dicite. Qui T O T  
estis ac tanti, unde hoc probabitis quantū satis? Vnde  
recipietis uerbū, quo uerbo corpus afferetis? Discubuit  
ne Christus in Euangelio uestro, & loquutus est sermo-  
nem, & dixit, hoc i. sermo est corpus meum ubi religio  
cogat, E S T substantiue exponit Verbum dicitis id qd  
in se continet, ad panem affert. Hoc est boni fratres, qd  
probari cupimus, ut ubi ubi uerbū ac diuinitas, illuc sit  
& corporis ueritas. Siquidē proprie loqui uolueritis,  
nisi forte, ibi etiā dicatis pedes hominis esse, ubi ubi eius  
anim, unde phabit is et in corde eſe pedes? Et quomo-  
do hoc consequetur? Ad nos desert corpus, ergo & ad  
panem? Nos propter humilitatem Christi ad eam con-  
scendimus dignitatē, ut citra sacramenta, carni & sang-  
uini communicauerimus, eo quod ipse nostrarum pas-  
sionum factus est particeps. Nobis autem ita communi-  
catur, siquidem crediderimus. Nunquid autem panis et  
uinum credent, ut eiusdem doni fiant participes? Nos  
precibus & fide à misericordia Christi obtinemus, ut  
eius dignitas nobis patrocinetur nosq; uiuiscet. Quis  
hoc pani præstabit, fratres mei? Hoc mihi planè uidetur  
esse humi repere, & Christum, qui est gloria nostra,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

loco se in digno collocare,

SYNGRAM. Habes igitur quale miraculum **20**  
confiteamur esse in pane & calice cœnæ domini. To-  
tum enim miraculū, uerbi miraculum est, quo distribui-  
tur corpus & sanguis per panem & uinum, non qua  
panis & uinum, sed qua hoc uerbum habent, HOC  
EST CORPVS, HIC EST sanguis.

ANTISY. Sperauerā in tractando miraculo, con-  
cordiæ uiam inueniri potuisse. Siquidē tantū pacis, quan-  
tum impugnandi uobis studiū, sed cum solito proditis  
miraculo, nempe ut in panelis carnem, & cōsequenter  
etiam deum. Et quamuis ita de uobis quempiam loqui  
nolle sit, res tamen ipsa clamat, quod miraculo illo cœnæ  
trium, inò quatuor naturarum hypostasim inueniatis.  
Explicantes quoq; mentem uestrā, rem ita obscuratis, ut  
intelligere nō possim, quid dicatur: nescio autem an ipsi  
uerba uestra sanè intelligatis. Corpus dicitis distribui-  
per panem, & eatenus esse miraculum qua hoc uerbum  
habet, non qua panis est. Nihil ergo secius habet panis  
quam anteas nihil accessit illi corporale de quo substan-  
tiae prædicatur. Nihil est quod est corpus Christi: Eate-  
nus dicit is uerbi habet. At hoc est, qd' facit, ne panis eti-  
am, ut panis, miraculo nō careat, nisi sententie nostræ  
accedatis, ut affectū uerbo panē significationi eius dura-  
taxat ministrare dicatis. Si uerbi dat pani, qd' in se ge-  
rit, ut de illo substantiae dici possit, ut uos argumentam  
ni, quomodo non & in recipiente miraculum compa-  
rebit. Aut non est mirabile, cui accedit aliquid nouis

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

An non plusquā mirabile est, id cui substantiale quippiā accedit & mirabile non est. Si bouē nunc non rationalem uere diceremus, nonne & bos, quia differentiam il lam recipit, natura sua mirabilis foret? Quartam ferē partem libri uestri occupatis hoc dicto, uerbum habet panis, & quomodo habeat, ne syllaba quidem digne probatis.

SYNGRAMM. Neq; mirum est, quod hēc Apostoli in coena non admirati sint ( quanquam quis sciat mirati ne sint, an non ) quando Luc. 18. de ijs scriptum est, cum Christus dixisset clarissime, tradetur gentibus filius hominis, illudetur, contumelijs afficietur, consuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, ac die tertiore surget, additur. Et ipsi nihil horum intellexerūt, & erat uerbum absconditum ab eis, nec intelligebant que dicebantur. Si enim tunc uerbum absconditum fuit ab oculis eorum, quid mirum si & in coena, ferē idem uerbum absconditum manserit.

ANTISYNG. Quod Apostoli non fuerunt admirati, non esset tam leuiculum argumentum, si quid solidi haberet opinio uestra. Qui enim non obstupescerent in re tanta? Nec congruisset, fuisse ab oculis eorū absconditum hoc uerbum. Nam ut dicitis, uerbo & pani, & credentibus affertur corpus. Si igitur non cognoscebant uerbum, quid per uerbum esset eis allatum? Aut putatis etiam pueris ac amentibus communionem tantam obtrudendam? Profecto si admirati non sunt, non senserūt

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Senserunt de eo quod nos sentimus. Sin admirati, utiq; se aliter gesissent, interrogando, colendo, gratulando, alijsq; modis, quod ut rem scitu apprime utilem scriptura neutiquam silentio præteriisset.

SYNGRAM. Ad hæc Satanam multa ludibria molitum esse circa panē & uinū quis negauerit? sed ea longe alio consilio molitus est, quam tu suspiceris. Non enim uanis phantasmatibus hoc egit ut credamus panē esse corpus, propterea quod hoc uerbum Christi uocet, non Satan, sed ut à ueritate, à pietate, in hypocrisim, impietatem, adeoq; idolatriam impelleret. Nam ut edamus & bibamus Christus cœnam instituit, ut in cœna omnia quæ in uerbo quereremus. Ab hoc saluberri mo cœnæ usu libenter traduxisset nos Satan, & multos traduxit, ut iij cœnæ participes, uel esu uel uisu existimarent, uana seductione illusi, sed potius Christo aliquid facere, dare & offerre, quam adcipere.

ANTISYN. Nulla ne est cura Satane dotor quem di uerba domini à nativo sensu? & quibus alijs armis pestilentiores inducti errores? unde Papæ primatus? unde auricularis confessio? unde humanarum traditionum authoritas? Quid non molitur, ut scripturam suis erroribus seruire cogat? Sanè ut obtinuit esse corpus panem, habuit quo hypocrisim stabiliret, à saluberrimo cœna usu truderet, ignotū apostolis sacerdotium introduceret & si in posterū obtinebit EX CELSA ista, multo fortius regnū suū firmabit, quandoquidē ueritas patefacta, tantam fert repulsam.

22

K

ANTIS YNGRAMMA. AD SVEVOS.

23

S Y N. Iam quod ueterum ecclesia non legitur geni-  
culationes fecisse panī & calici, num ideo panis non est  
corpus? At forte nec uerbo geniculationes fecerunt, an  
igitur uerbum non erit filius dei? Et nos nec hodie huic  
uerbo: CORPVS CHRISTI PRO VOBIS  
TRADIT VR, ullas corporales reuerentias exhibe-  
mus, sed reuerenti corde & fide, ea enim demum uera  
est reuerentia, quoties audimus, suscipimus, An propte  
rea non adferret nobis corpus, aut in se non contineret?

A N T I S Y. Coniectura certe est, non sensisse Patres  
de Eucharistia, quod nunc defenditur. Vtiq; pro sua pie-  
tate, tanta rei maiestatem aliquo eterno cultu te-  
stati fuissent. Quin & uocali uerbo, si uerbum externū  
hoc hypostatico more se contemperasset, profecto non  
peccarit, qui adorarit Christum in uoce. Imò iterū ex-  
torquebit fides, illud testari, Scimus sane ubiq; esse uer-  
bi diuinitatem, sed corpus suo loco glorificatum est. A-  
lioqui quid opus erat transferre illud in cœlos? Gratiae  
deo sint, quod non usq; adeò humiliati sumus sensu, ut  
& sonis uerborum genua flectamus, sed pro literis illis  
utimur, unde Christum & beneficia eius cognoscemus.

24

S Y N. Petrus dum lauabatur à Christo non genua  
flexit, Christus igitur non est uerbum, aut filius Dei?  
Iam ante eius rei meminimus, Christum corpus suum in  
cenca non dedisse, ut ipsi seruiatur, sed ut nobis seruiat.  
Eadem ratione donauit nobis totū Euangelion, quo non  
solum nobis præsentia fiunt corpus & sanguis Christi,  
SED TOTA DEI POTENTIA, TOTVS

IOANN. OECOLAM AVTORE

DEVS cum uniuersis suis bonis. Si quis igitur pius ante faciem Euangelij non adperiat caput, non detrahat capitum, peccabit ne<sup>t</sup> an eo signo declarat, sibi uerbo Euangelij non adferri salutē? Nequaquam, sed quod uerbo adfertur adoratione cordis, hoc est, fide accipit.

ANTISYN. Coniecturam etiam illam ridetis magis quod facilius est, quam reuelritis, sed nihilominus interim manet coniectura. Dicite an non in lotione pedū remanebat? At incomparabiliter cœna illa: iuxta uos: admirabilius. Vnde autem probabitis quod non uelit sibi seruiri, si talis adest, sed seruire nobis. Imò uult ut nos alijs seruiamus cognitis summis illis beneficijs. An nō et alio loco Petrus, cōperta Christi diuinitate procidebat, & ut à se exiret, orabat? Ridicula uobis omnia uidentur, quæ nos proferimus, eadem tamen à uobis proflata non liceret ita contemptim & per risum transire.

SYN. Sed P A T R E S inquis habeo, mē sententiae adstipulatores, qui panē figurā corporis Christi, aut corpus Christi significare, non uerum corpus esse sentiunt. Nolumus, ut premas nos humana authoritate, quamlibet sancta, nec patres sancti hoc uolunt, ut maiori fide eorum sensa adcipiamus, quam scripture, nec nos usq; adeo, φίλοι & contemptores sumus, ut patres rejiciamus. Amplectimur eos summa ueneratione, agnoscimus in eis pleraque eximia dona spiritus, labor eorum, & solicitude pro Ecclesijs, eximie nobis placet. Sed interim interpretationes eorum non præponimus adpertis-

25

K ij

ANTIS YNGRAMMA AD SVEVOS  
simo uerbo Christi.

ANTIS Y. Neq; ego patres canonici scripturis  
antefero, neq; ideo cito, quasi humana nitar authoritate,  
uel ut dicitis, uos premam. Sed quoniam clamabatur, ha-  
c tenuis in nostra sententia fuisse neminem, nosq; scrip-  
turam pro nostra libidine dilacerare, non uisum est abs-  
re si nos, nec Veteres, nec Neotericos, contemnere docto-  
res ostenderem. Sunt enim non pauci, quos remoratur  
hoc unum, quod olim patres in nostra sententia non fu-  
isse constanter putent, quibus id remedij haud inutile  
fuisse.

SYN. Nam etiam si concedamus patres pie panem  
et calicem, corporis et sanguinis symbola uocasse, item  
panem significare corpus, et id genus, non tamen uerbo  
Christi praejudicabunt, quod enim alias coenam domini  
sacrificium uocent, candide, non iuxta uocabuli rigorē  
interpretamur, sed iuxta Christi uerbum qui dixit, HOC  
facite, non in mei sacrificium, sed in mei memoriā. Quis  
igitur prohibebit quo minus candide interpretemur, si  
quando panem et calicem symbola uocarunt, ut panis  
non solum symbolum et exemplar sit, sed symbolum cu-  
re ipsa coniunctum, quando panem nunc corpus, nunc  
corporis symbolum adpellat, ut symbolon referas ad p-  
nem, qua panis est, sic enim panis corpus Christi signa-  
uit, priusquam Christus mundo reuelatus est, ut Tertul-  
lian ex Hieremia citat. Venite cogitemus aduersus eū  
cogitatum, coniunctionis lignum in panem eius, id est, cru-  
cem.

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE.

cem in corpus eius, quanquam uerior lectio sic habeat.  
Venite iniiciemus uenenum in cibū eius, Conabantur  
enim Anathotites ciues Hieremiam ueneno interficere.  
Sed condonabimus hoc Tertulliano, quando non impie  
sentiat, iam ut panis qua panis est, symbolum est corpo  
ris, ita qua uerbum habet, HOC EST CORPVS  
MEVM, non solum symbolum est, sed et ipsum corpus  
Multo enī iustius est ut patres interpretetur per Chri  
sti uerbum, quam Christi uerbum per patres.

ANTISY. Saluum manet uerbum Christi, etiam si  
panem non corpus, sed symbolum corporis dixeritis. Coe  
terum, si patres symbolum corporis recte uocarūt, quid  
opus tanta uerborū farragine? Nunquā n. firmabitis can  
dē rē eſe signū et id quod signatur. Hæc Scolasticorū et  
Papistarum euasio erat, symbolum cum re ipsa eſe con  
iunctum: tametsi uos aliquanto purius illis scribatis. Igi  
tur panis erit symbolum corporis in se latentis, magis  
quam tradendi, et in crucem dandi ad quod ipsum Christus  
referebat. Absit. Patrum dicta nemo interpretabi  
tur illis ipsis melius, qui corpus exponunt per sacramē  
tum corporis et symbolum, et non uicissim, sicut et syn  
axis interpretantur cōmunionis signū, quod manifestū  
est et apud Chrisostomū et Aug. Nō oportebat igitur  
per obscuriora exponere. Quæ autē illa religio, sacrifici  
ciū dici memoriam sacrificij, et non corpus memoriale  
corporis? Nam si uixta Christi uerbi facitis, ex sacrifici  
cio memoriam sacrificij facientes, eadem dexteritate po

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

teritis in corpore intelligere, memoriale corporis. Dixit  
enim, hoc facite in mei memoriam.

27

S Y N. Audiamus Chrysost̄o. ita scribentem. s; Homil.  
super Matth̄eu, Christus quoq; b̄bit ex calice, ne audi-  
tis uerbis illis, dicerent, quid igitur sanguinē bibimus, et  
carnem comedimus? ac ideo perturbarentur. Nam &  
quando prius de ijs uerba fecit, multi solummodo pro-  
pter uerba scandalum paſsi sunt. Ne igitur tunc id quo  
que adcederet, primus ipſe hoc fecit, ut tranquillo ani-  
mo ad cōmunicationem mysteriorū induceret. Hacte-  
nus Chrysost̄o. Ecce inquit, apostolos carnem comedisse,  
& sanguinē bibisse, & Christū primū hoc fecisse ( neq;  
enī uel p̄ præcedentia, uel sequētia licebit hoc intelli-  
gere de spirituali mandatione, sed corporali ) Proin-  
de, si diuīs panem symbolon uocat, pie interim & candi-  
de suscipiemus, sed sic ut priori sue sententiæ non re-  
fragetur, qua Apostolos sanguinem bibisse testatur.

ANTI. De Chrysostomo satis multa dixerā quantū  
nobis adstipuletur, & quanta in uerbis eius luxurie. In-  
telligat, qui intelligit. Nolim nūc, quando ægre audiūtur  
nouos ē patrib; cōmetarios cōgerere neq; uacat. Hoc ta-  
men pace uestra dictū sit, parū fideliter tractari hoc lo-  
co Chrysostomū. Nā cū ille crassum intellectū discipulo-  
rum hac doctrina amouere curat, eō qd' fortasse nō at-  
tendere potuissent sermonis tropū, docet dominū ideo  
bibisse ē poculo, ne discipuli ex sermone figurato offen-  
derentur, unde tranquillo animo mysteriorum, hoc est,  
symbolo-

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

Symbolorū, participes forent. An producitis tale testimo-  
niū corā me qui parū in Chrysostomo uersatus sim? Esto  
nō sim circumspectus. Video tamē, qd' apostolorū uerba  
quæ hic in erudita uult, tanquam assertua obiicitis. Hæc  
uestra in doctoribus legendis felicitas? Ipse potuisse  
alia proferre, quæ tamen propter ea sententiam meam  
à loco suo non statim dimouerent.

S Y N. Eadē in Augustino uides, q inquit, serebat cor-  
pus suū in manibus. Age adiiciat dein. quodammodo, id  
quidē tamē dumtaxat pro sermonis temperamento et  
correctione adiectū est, nō ut neget panē esse corpus, si  
ue uocet symbolon, siue exemplar siue & vītū op, ut  
Basilius, nihil priori sue uerborū Christi expositioni de-  
rogabit. Sic alibi scribit, ad inquisitiones Ianuarij lib. i.  
ca. 6. Liquidō adparet, quidō primū adcepérūt discipu-  
li corpus et sanguinē dñi, nō eos adcepisse ieunios, nō  
aut discipulos figurā corporis, sed ipsū corp, adcepisse

28

A N T L. Augustinus uix alio loco sic cōfuse loquitur  
ut Psal. 34. et tamē nec sic obſistit ijs, qui morē loquendi  
patrū nō ignorant. Et uos ipſi nō nihil nobis propicij, ex  
penditis, qd' nō absq; causa adiecerit, quodā modo, nem  
pe per correctionē. Et quid ſibi uult correctio, ſi nō eſſet  
tropus in uerbo? ſimpliciter corpus dixiſſe cōtentus eſſe  
debebat. Iā qd' Ianuario scribit discipulos nō ieunios ac  
cepisse corpus et c. ſatis colliqueſcere debebat ex alijs  
eius scriptis, iſum intellexiſſe sacramentū corporis, qd'  
uos, nescio qua ſimplicitate, libentius figuram dicitis.

K iiiij

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

29 SYN. Porrò quod Tertullianus corpus pro figura corporis exponat Lib. 4. aduersus Marcionē nō conuincit propterea Christum sic intellexisse. Dabimus enim ut hac expositione Tertullianus suo argumento cōtra Marcionem inseruerit, non dabimus ut sua authoritate cogat, sic uerbum Christi intelligere.

ANTIS YN. Gratiae uobis, qui uel unū ex antiquissimis doctoribus à parte nostra stare permittitis, quamuis uideam, quare illi me libenter adiungatis.

30 SYN. Sunt alij patres, maiori propè modum fidei, qui diuersum scribunt. Sic enim legimus te interprete, amicissime Oecolampi, apud Theophilactum in. 26. ca. Matth. Porrò dicens hoc est corpus meum, ostenditur, quod ipsum corpus domini est panis, qui sanctificatur in altario, & non respondens figura. Non enim dixit hoc est figura, sed hoc est corpus meum. Ineffabili enim operatione transformatur, etiam si non uideatur panis. Item in Marco cap. 14. Cum benedixisset, gratias egisset, fregit panem, id quod etiam nos facimus preces adiungendo, Hoc est corpus meum. Hoc inquam quod sumitis, non enim figura tantum & exemplar quoddam dominici corporis panis est, sed in illum conuertitur corpus Christi &c. En quā male tibi cedat labor tuus, quod contra te producatur. Sed inquis Theophilactus Tertuliano recentior est? Atqui tempus pictati nihil præjudicat, non de historijs aut rebus gestis, in quibus forte plus credendum est maioribus ac uictustioribus,

contro

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

controuersia est, sed de uerborum Christi ingenio ac  
spiritu. Quod si conferre libuerit Theophilactum Tertuliano,  
maiora fidei uerae uestigia Theophilactus post se  
reliquit, nouit enim orbis quid Tertullianus de digamia  
contra scripturam, quid de paraclete Montanice sense  
rit. Non haec de Tertuliano, exprobrandi animo proferi  
mus, quem summe & exosculamus & complectimur,  
nec propterea cum dignem aut infernum ut Papa so-  
let, adiudicamus, sed ut ostendamus in hac causa autho-  
ritatem eius non tanti faciendam esse, ut ab ea discede-  
re non liceat, quanquam nec hac parte dissentimus.

ANTIS Y. Theophilactus in qua scriptorum clas-  
se recenseatur, non ignoratis. Siquidem diligenter le-  
gistis & sapienter iudicare nostis. Fuit autem Dama-  
sceno mea coiectura multo posterior, & Lombardi for-  
tasse Synchonus, illi quidem nec eloquentia, nec erudi-  
tione conferendus, hoc autem iudicio longe inferior. Et  
nunc tantopere arridet, nimirum quia uobis cum sen-  
tit. Quid si sexcentos ex Magistris nostris Parisienn., &  
Louanienn. produceretis, obmutesceremus ne? Quid si  
& illi producturi aduersus nos Papiste ad stabilens-  
dum liberum arbitrium & purgatorium & alia, ob-  
eximiam quam ei nunc tribuitis laudem, nonne rursus  
exibilabitis illum? Sane quod illum communicavi, roga-  
tus à quibusdam, opinor, neminem candidum mihi male  
uertere. Male autem cederet labor, si in uerba eius iu-  
rassem. Quid nocuit Hieronimi fidē, quod περὶ ἀρχῶν

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Origenis librū uertit: Deniq; quod illum Tertuliano op-  
ponitis, in hac causa non mouor, etiā si & Tertullianus  
nulla fieret autoritas. At non ignoramus in quibus su-  
spectus eius fides fuerit. In re Eucharistie ab ecclesiasti-  
ci doctoribus, nō est habitus male sensisse. Theophylacto  
uero nondū is honor datus, ut eius doctrina ad Lydium  
lapidem probaretur. Liceat mihi quod uobis, relicto  
eo ad scripturam appellare.

**S Y N.** Nam panē corporis Christi figurā & exem-  
plar confitemur. Sicut enim panis corpus fuet, ita cor-  
pus Christi animam uegetat ac nutrit, sed panem cœne  
dominicæ non solum figurā adseueramus, sed & ipsum  
uerū corporale corpus Christi. Qua ratione, quo argu-  
mento? Ratio nostra nō dialectica, nō coniecturalis, sed  
& ποδιτήνως, uerbū Christi est dicentis: Accipite &  
comedite, HOC EST CORPVS MEVM. &c.

**A N T I S Y.** Sæpe diximus & de hoc tota discepta-  
tio est, neq; Christi uerba euincunt, panem illū uerū cor-  
porale corpus Christi, & proinde non est απόλεγια  
Date germanum sensum uerbi.

**S Y N.** Tropum aiunt intellige uel in uerbo, EST,  
**32** uel in nomine CORPVS, ut uel Est, pro significat  
uel Corpus, pro figura corporis adcipias. Mirum quod  
non et in dictione panis uel fregit, uel accipite, uel edi-  
te, tropus fingatur, quando tanta animi libidine adlu-  
bescat tropus in, Est, & Corpus. Age igitur rationes  
uestras consideremus, quibus coacti tropum in uerbum  
EST,

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

EST, reisciatis, nam & alijs scripturæ locis EST, pro significat reperitur, ut Genesis. 41. Septem boues pulchri, sunt septem anni ubertatis. Matthæi.13. Ager est mundus, & alibi. Aduersarius est diabolus: Semē est uerbum. In quibus loquutionibus, nisi, EST, pro significat adcipias, gratiam sermonis perdidieris,

ANTISY. Non video quid ad inueniendum uerū conduceat τὸ χλευθῆ quod ita in troporū expositione locaminitam acerbe. Sed hic disceptationum fructus, ut temperare nobis nequeamus, quin mutuum interim, illesa ut dicimus, charitate, contemnamus. De tropis Z V I N G L I V S satis multa scripsit, & fortasse uberioris scribet, quem uirum, si nossetis quanta ferat, & agat pro Christo, fortassis ampliori honore prosequeremini. Quid autem si pius etiam in comedite, & in uerbo panis tropum eruat, num esset ille contemnendus propterea? Et uos ipsi illi estis, qui tropum in uerbo comedite ponitis. Dicitis enim panem comedi corporaliter, corpus uero spiritualiter. Proinde comedere in pane est proprie, in corpore, translatie dictum, quomodo & Ioannis. 6. cap.

Verum quia censores oppidō tetrici estis, & tantum non emungitis sanguinem, quandoquidē exempla troporum à me absque omni dolo adducta, omnia uellicatis, etiam que manifestiora sunt & certiora, quam ut carpi possint. Et propterea haud mirum, si immo dico Z E L O non nunquam imprudentius feriatis,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Prodā ergo potentibus consiliū meū. Quum nihil mihi  
persuasius, quām corpus Christi non esse in pane σωμα  
Tunc & figuratam loquitionem agnosci debere,  
ut inusitatus lector ex multis tropis uideat, quām sit  
familiare scripturis, tropis uti, indicandum duxi. Cor=  
rasi igitur aliquot, qui tunc incidebant, cū multo plures  
potuissent. In illos uos ita irruitis, quasi ne uel in uno  
uerbo tropus haberī possit, ut omnia uidear, uel per in=

scitiam, uel mala fide ac conscientia egisse. Proh, quan=

tum censuræ, quantum supercilij, quantū impetus? Ve  
rum nondum euicistis, tametsi mihi pugnandi nō sit ani  
mus. Nam ubi ubi dictio non est in primario, ac proprio  
significato, & ad aliud transfertur, ibi impune dixerim  
tropum.

Generale enim nomen est Synedothen, metonymia=

an, antonomosian, catachresin, antiphrasin & alias spe  
cies complectens. De quibus, quia nihil ad propositum,  
libenter silui, Metaphoram exempla pleraq; sonant, eò  
quod à re, quam proprie significant, ad aliam significan  
dam translata sunt, ob similitudinem quandam utriq; cō  
muniē, Filius proprie est, qui à patre genitus, sed trans=  
laticium est, si adoptiuus dicatur filius. Sic & Idola dij  
κοστά μετόφορα, neque enim hoc nomen merentur.  
Petra proprie saxum est, sed per translationem adapta  
tur etiam rei, quae non est saxe, unde deus petra, sic fi=

lius Ioannes dicitur. Sic nauta auriga, Rex pastor, & si  
milia uocabulis quoq; rerum figure earum utuntur.

Quæ

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Que ut Grammatici testantur usū suo λόγον ποιοῦντες τὸν εὐερέσερον καὶ ἐναγγέλεσερον. Obtinebo autem apud amicos: ut tropus esse finatur ubi ubi est ἐκ τρόπου τὸς λέξεως. Nam ita illi definiunt. Inuenietur autem in omnibus exemplis aliqua translatio. Quia propter non ob dictiones, in quibus nihil periculi tam molestos expeditassem, maxime, quia non τὸ λόγον μαχητὴν gratia scribitur. Absit, ut ego unquam cū dilecto fratre Zwinglio ueliter, quia tropum ille in est, constituit, & ego in corpus. Scio morem hunc non esse ecclesie. Quam Tropiam igitur uos expugnetis, ipsi uideritis. In alijs uos probo, in hac re minime.

En iterum ostendam uobis uirum eruditione insignē, quomodo caute in scripturis uersandū, uos docentem. Is est Augustinus, & attendite, quomodo uos pulchre ad germanam huius loci expositionem ducat libro de doctrina Christiana tertio. Que locutio figurata esse debeat, sic inquit: Si p̄ceptiua est loquutio, aut flagitium, aut facinus uetans, aut utilitatem, aut beneficiū iubens, non est figurata. Si autem flagitium aut facinus uidetur iubere, aut utilitatem, aut beneficentiam uetare figurata est. Nisi manduaueritis, inquit, carnem filij hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis: facinus uel flagitium uidetur iubere. Figura est ergo, p̄cipiens passioni Domini esse communicandum et suauiter atq; utiliter recordendum in memoria, quod pro nobis caro eius crucifixā et vulnerata sit. Hęc Augustinus.

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

In quo est uel candoris mica, is uidet, quomodo comedere corpus, figuratum sermonem requirat, & flagitium iubere uidetur, si quis proprium sermonem inducat. Porro ab hoc loco sententia maxime natiua se ostendit, si enim flagitium ut uitemus. Ioann. 5. figurata petitur expositio, & in coena idem periculum. Bene enim intellexit beatus pater, quomodo & hoc loco id quod Ioannis. 6. ante doctum erat, exponatur. Itaque necessitas est, ut nec carnem corporaliter flagitiose appetamus figuratum sermonem nos arripere. Sed experiar quae sint arma uestra in nos, & quanto impetu uibrentur.

33 SYNGRAMMA. Pulchra profecto dialectica, & uenusta argumentatio est, Coruum nigrum, oportere igitur Cygnum nigrum esse. Pulchrum Absolonem, oportere re igitur & Thersiten illum Homericum pulchrum esse. An non eiusdem farine haec, Est, aliquibus scripturae locis pro significat adcipitur; Oportet igitur, ut & in hac locutione, HOC EST CORPVS MEVM pro significat intelligatur. Absit ut uobis authoribus sic discamus pro nostra libidine scripturas discerpere. Longe aliter nos uinctio docet. Nam ut in prioribus locutionibus, Est, pro significat adcipias, postulat somniorum parabolęq; expositio, ac proprietas, ubi enim uel somnium interpreteris, uel parabolam, tum demum licet, Est, pro significat exponere, in alijs locutionibus no item. Neque enim in coena, Christus ihs uerbis, HOC EST CORPVS MEVM, uel somnium uel parabolam

IO ANN OECOLAM AVTHORE

bolam interpretatur, quanquam si omnino contensio-  
sum funem ( id quod procul a nobis absit ) trahere libe-  
at, citius nobis licet tropum in his locutionibus, Ager  
est mundus: Verbum est semen, non in uerbum ( est ) sed  
in ( ager et semen ) rei scire, ut in parabola dictio-  
nes ad ciperentur in sua nativa significatione, in expositio-  
ne uero dimouerentur a nativa ad tropicum. Neq; id à  
scriptura alienum est quando et .i. Pet. i. uerbum semen  
dicatur, non corruptibile, sed immortale et incorrupti-  
ble, ubi si semen in nativa significatione adcepferis, ser-  
monis Petrini ingenium non adsequeris.

ANTIS YNG. Quis ita arguit, potest significati-  
ue accipi, ergo accipitur significatiue? Nos multo ali-  
ter colligimus, nempe: non conuenit substantiua ac-  
ceptio, ergo sumatur significatiua uel alia Tropica quæ  
conuenit: substantiue autem non posse accipi, multis  
probamus, estq; Dialectice nostra simplicior, quam ut  
tergiuersari uos deceat. Non docemus discerpere scri-  
pturam boni uiri, ut tam male audiamus, sed cupimus  
eam non indigne tractari. Qualiscumque tandem  
unctio est, quæ uos secus instituat, spiritus sancti Chris-  
ma contentum est, fiducia in Christum, carnem uero  
non item cupid. Non ignorandum autem uerba hæc.  
Hoc est corpus meum, historiam rei quæ proponeba-  
tur exponere.

S YNG. Sed aiunt, extra parabolam uel somnium,  
Est, pro significat in Paulo reperire licet, dum inquit

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Petra erat Christus . Agnoscimus Pauli uerba, quorum quis melior interpres fuerit ipso Paulo? Nam ut hoc loco , Erat, pro significabat interpretetur, nullo pacto admittunt precedentia : Sic enim ait. Omnes eundem potum spiritualem bibeant: Bibebant autem de spirituali eos consequente petra. Quæ erat illa PETRA SPIRITALIS? (nam de corporali saxo nihil agitur) Sequitur, petra illa, scilicet de qua dictum est, SPIRITALIS, quæ comitabatur patres, erat Christus. Iam si exponas, Est, pro significat in hac locutione, Petra spiritualis erat Christus, quæ absurditas erit. Valde nobis cognobile est, petram carnalem, Christum significare. Sicut & panem fatemur alicubi adumbrare: Ut enim petra corporalis, firmitudo est innitens, ita & Christus credentis firmitudo est.

ANTISYN. Non oportebat me hoc argumento premi, cò quod aliena citando dixi. In hac locutione petra est Christus, quod petra significet Christum, primù postulabat argumentum, quo ego ferè libellum meū exordiebar, ab infelice illo Lombardo, ut illius uerba citarem fideliter. Si non legitur. 10. dist. 4. lib. Quosdam ita asseruisse. Hoc est corpus meum, sicut Apostolus dixit, petra erat Christus: infideliter citauit, deinde Augustinum ad Euodium produxi testem, in hoc quod figura rerum, nominibus rerum appellantur: dicit enim. Nec moueat quod res quæ significat, nomen eius rei accipit quā significat. Spiritus sanctus dictus est corporali specie

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Specie tanquam columba descendisse, & mansisse super eum. Sic enim petra Christus, quia significat Christum. Si haec non inuenitis apud Augustinum, iterum infideliter citavi. Ad haec si & petram tropicum nomen diceret, hoc est a genuino significato ad aliud translatum, id iuxta uestrum sermonem dicere, neq; enim Christus, sensibilis petra est per quam significatur. At proderit uobis, ut uaticinati estis, haec aliquanti temporis dissensio, ad maiorem in excutiendis scripturis sollicitudinem, et propterea quia hic ualde urgetis, enarrabo & ego locum istum Pauli, & monstrabo, siquidem dominus astiterit, nihil absurde sequitur, si petram corporale saxum dixerim, & is loquutionis modus seruetur.

Dicit igitur Paulus Corinthijs. Omnes eandem escant spiritualem comedebant, & omnes eundem potum spiritualem bibeant, bibeant enim de spirituali que illos comitabatur petra. Petra autem erat Christus, sed plures illorum non approbauit Deus, prostrati sunt enim in deserto. Haec autem figurae nostri fuerunt, ne nos simus concupiscentes rerum malarum.

Paulus ut ad componendos factiosos & arrogantes Corinthiorum animos, a sacro sanctis symbolis, loquendi argumenta opportuniora haberet, uiam sibi parans historiam notissimam, et maximis miraculis & sensibus scaturientem, sibi q; seruientem plurimum, produxit: prius itaq; historiam texit, deinde ex eadem, illos, imo nos omnes erudit. Quae ad patres attinent tria dicit:

## ANTIS YNGRAMMA AD SVEVOS.

narrat enim primum carnali populo, carnalia beneficia præstata. Deinde, quomodo per illa manuductus fuerit, ut deo fideret. Postremum, quomodo ij qui beneficijs tantis non reddebantur meliores, sed increduli manebant, in deserto prosternebantur.

Itaq; principio dicit, quod omnes ijsdem diuinis miraculis fuerint aliti, quod omnes ijsdem sibi beneficijs diuina uirtus demereri studuerit. Idem enim manna omnium erat, & similiter ex eadem petra omnibus profuebat aqua, omnibus eadem mensa diuinitus adornata fuit, princeps non uictabat lautius, nec priuatus parvius. Qui multis bonis operibus abundabat & uirtutibus præcellebat, non amplius colligebat in ista pluviis mirabili, quam populares alij. Etiam uere impios de ijs non statim abarcebant, sed sicut solem suū super bonos & malos oriri facit, ita & omnibus citra discriminem pluebat manna, & manabat aqua, unde dum dicit OMNES, fit de tota multitudine sermo, ita ut nec mulieres nec pueri excludantur.

Deinde quando inquit eandem escam, eundem postum, nō est facienda collocatio cum nobis sicut quidam exponunt, qd' eandē, quā nos, ederint, sed inter ipsos sit comparatio, ut esca quā Mose manducarit, nec Chorē nec Abiron, nec mulieribus sit denegata: nam nisi sic intelligas, historiam nō bene texes, tametsi quomodo eundem cibum cum patribus esitemus, spiritus postea suggerit, nec erant qui dicunt cibum spiritualem. i. animae nobis

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

mæ nobis illisq; fuisse communem. Vltra dum dicit spiritualem escam, & spiritualem potum, non uult quod natura spirituales fuerint esca & potus, nam tales, famelica corpora nō pauiissent, sed ideo spirituales dicti sunt quod siebant per gratiam spiritus hoc est dei, qui illos ducebat, quemadmodū & infra dicit spirituale corpus resurrectorum, eò quod corpus spiritui non resistat à quo regitur. Manifestum enim est, quod non omnes comedent cibum animæ, adhærendo diuino sermoni, ad quem tanquam ad brauium in hoc stadio currere oportebat: omnes n. currebant, sed ex illis omnibus multi deficiebant. Vnde & Paulus subdit, qd' plures illorū prostrati sunt in deserto: erantq; & tunc multi uocati, sed pauci electi: edebant igitur omnes idem manna, qd' diuinus suppeditatū, & ita spiritualem cibū, sed admodum paucis interim Christus erat manna in corde: nam plures non approbauit deus, quos referre oportet ad illos omnes. Si igitur non approbauit eos, non comederunt escam spiritualem. Videtis hic, quomodo esca corporalis possit esse & spiritualis. Nam ita & idem corpus nostrū corporale, in resurrectione futurū est et spirituale, atq; adeo ita spirituale ut cōstet resurrectionis ueritas.

Et sic postea subdit & de petra, qd' sūt spiritualis, quāuis natura sensibilis fuerit. Proinde dicit, bibeant autē de spirituali, quæ illos comitabatur petra, hoc est, id beneficij fluētis aquæ eliciebat eis diuina uirtus ex petra, quæ uerbo dei subdita p̄ferebat, qd' natura nō habebat,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Habetis igitur quomodo hic uocet cibum, potū & pe=  
tram spiritualem, unde etiam nō difficile capimus, quo=  
modo petra illi populo comes fuerit: neq; .n. adhuc ab  
historia disceditur. Comitabatur enim hoc modo, quia  
à saxis, aqua illis per desertum non defiebat, quæ nulla  
in Eremo comparuissest, nisi diuina beneficentia fuisset  
subministrata, neque participium ἀκολουθείχης re=  
spicit ad sequentia tempora, unde fœliciter & perspi=  
cere uertit ERASMVS quæ illos comitabatur. Gra=  
phice enim miraculum ob oculos ponitur, quod aquam  
à Petra Deus illis comitem fecerit, è qua profluebat.

Hucusq; mirabilium beneficiorum narratio. Postea  
subdit, quomodo carnalis populus per illa eruditus sit,  
ut deo fidat, dicens : PETRA AVTEM ERA T  
CHRISTVS: dicere uult. Petra illos tanto beneficio  
seruiens ducebat ad Christum, hoc est, ad deum cognos=  
cendum & diligendum, atq; ita significabat Christum,  
& figura erat Christi, nam sicut solidum saxum, natu=br/>raq; aridum aquam scaturit, ita deus qui fortitudo ac  
propter fortitudinem suam tropice Petra dicitur, uber=br/>tim bonitatis sue dona impartitur, cuius excellens uis  
sterilis uidetur, quando quidem per fidem sectamur ea  
quæ non uidemus. Nam hoc etiam mediocriter spiritua=br/>les assequebantur, quibus adhuc operantea erant my=br/>steria Christi, quod eius corpus iudicio omnis populi,  
sterile, percutiendum à Mosaico esset populo, ut effue=br/>rent nobis aquæ & ad purificationem, & ad refocilla=br/>tionem

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

tionem animarum nostrarū. Hoc enim pleriq; nescierūt quod nobis reuelatum. Erat itaq; Petra illa quæ Pædagogus misericordiae dei, sensibilis petra, neq; opus est, ut hic tropum constituamus, uel reiſciamus in petra. Nam ad illam Petram, iuxta historiæ cōsequentiam Paulus reſpexit: potuſſet alioquin aliunde Christo cōmodius dare Epiteton, reiſcietur autem tropus in Christum. Nam Petra erat figura Christi.

Atq; hoc uersiculo subdidit historiæ expositionem, in qua Est recte significatiue accipitur: hic uereor ne quidā ē uobis blasphemia, ante finē orationis nos arguant, et dicant: Que est illa temeritas, facere ex Christo figurā Christi? Sed placidos ac dociles minimeq; contentiosos Christianos esse decet. Nam Christus est Christus, sicut & corpus est corpus, uerum postulat sermonis ratio, ut lateat tropus uerbo in Christus, nam licet nativā significationem retineat, non tamen de disparato subiecto dici potest, niſi accersat aliquid nouum, ut tropicum uideatur, et ipsum definat esse prædicatum, unde dicimus Petra erat Christus, hoc est figura Christi: Et panis est corpus, id est figura corporis, & manet Christus Christus, & corpus corpus, tantum interpretamento tali tarditati nostræ consulendum, ut rei ueritas innoteſcat, Breuiter & recte dixerit quis, Petra significat Christū. Nam & hoc loco exponuntur præcedentia, & in Cœna illis uerbis: Hoc est Corpus, mysterium detegitur, uultis autem scire unde hæc fiducia? nolim n. dici, multo

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

autem minus esse, temerarius in scripturis.

Audite igitur. Paulus ipse me animat, dicens: Hæc autem figuræ nostri fuerunt: de quibus loquitur: multa enim enumeravit, nempe nubem, mare, Mosen, escam, potum & petrā? De omnibus his Paulus unam rem interpre-tatur & dicit: Petra erat Christus, quasi dicat: Vis sci-re quid sibi illa uelint: unā rem aperiam, unde alia quoque expendas & cognosces. Petra enim erat Christus. Ecce quia subiungit præcessisse figuræ, necesse ut petra figura fuerit: & cuius dicite obsecro? Dicat nomine nostro Paulus. Petra erat Christus, hoc est significabat Christum. Obscura erant omnia, & ignoratae fuissent, quæ nā illæ figuræ, & quid illa miracula in se continuissent, sed œnigma dissolutum Apostolus ille dei, & in densa caligine lumen accendit, unde nunc illato lumine, apparet, quid sit mare, quid nubes & quid manna: ut sicut de Petra dicimus, quod figura sit Christi, ita & de manna, quod manna sit Christus, hoc est figura Christi, & de nube, & mari nostro differi posset: sed cætera quodammodo adumbrabant etiam externa nostra symbola sancta, quæ sacramenta dicimus. Petra autem ad Christum attinet, qui est fundamentum ædificationis firmissimum, quod nec portæ inferorum expugnabunt, & fons aquarum uiuarum perpetuò scaturientium.

Perspicuum ne nunc, nulla temeritate nos usos, & non tam male propitios scripture? Non facit ad institutum nostrum, ut multis insistamus, quo nam pacto inobedientiam

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

dientiam & incredulitatem eorum, qui à carnalibus beneficijs non erudiebantur: prosequitur enim Paulus pluribus uerbis & historijs, quibus nos emendet, & qualis nunc populus esse debeamus admonet, ne periclitemur sicut hi qui in deserto. Nisi enim summa quæ per Christum habemus beneficia, & quæ proprijs sacramentis commendata, ita emendent, ut deo fidamus & propter ipsum mutuum diligamus, futurum, ut Sacra menta non solum profutura sint nobis, sed & maxime res constituent: tanto grauius puniendos, quanto perfectius à Christo erudit i sumus. Videtis nunc, quomodo absurditatem effugerimus, & nō tam miserabiliter lapsi simus, sicut nos deploratis. Gratulemini igitur, si amici ueri estis.

S Y N. Et ut panis cibat corpus, ita & Christus animam pascit: sed in coena alius fit panis, uerbo domini sanctificatus. Nam si in coena nihil aliud est panis, quam signum corporis, quid opus est panis sanctificatione, aut à comuni usu seperatione, quando ante sanctificationem idem fuerit? Et Paulus cum in Corinthijs de P E TRA loquitur, non de corporali, sed de spirituali intelligit. Id quod nemo, locum diligenter cum praecedentibus conferens, negare poterit. Biberunt quidem patres de saxo corporali, sed eo loco Paulus de spirituali potu differit. Inquit enim, Bibebant de spirituali eo. cōsequente Petra. Hinc. 2. Reg. 22. Dominus petra mea,

35

L iiiij

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

dominus firmamentum meum. Et in Zacharia, Ego ero  
eis murus ignis. Num & his locis intelliges, Est, pro signifi-  
catis? At postulat sermonis habitus, ut tropum in pe-  
tram & murum reiiciamus. In his enim locutionibus,  
PETRA & MVRVS, è nativa significatione in  
translatitiam dimota sunt: Sed non sic in hac lucutione,  
HOC EST CORPVS MEVM, fieri potest. Si=  
quidem corpus in sua nativa significatione manet.

ANTIS YN. In cœna fit alius panis, & non fit  
alius. Idem enim est qui antea, et nullam alienam materi-  
am in se recipit: sed alius est significatione, ubi enim  
nō celebratur passionis memoria, panis ad significandū  
comendatus nō est. Præterea nō est cœne dominice pa-  
nis, ubi nō propter Christū conuenitur: unusquisq; ait  
Apostolus, dum esurit, domi edat et bibat: de hoc respon-  
di in sermonibus apologeticis. Minime enim pro comu-  
ni pane hunc haberi uolumus, eo quod propter euidentem  
significationem & rei summae commemorationem  
consecutaneam scimus mirabilem spiritus sancti opera-  
tionem, dum mors domini magnifice ea hora per talia  
symbola fidelibus annuntiatur. Cæteris obiectionibus  
iam satisfactum est.

36

SYNG Age percurremus scripturam, & corpo-  
ris significationes indagabimus. Nunc enim spiritus san-  
ctus, eo utitur pro corporali corpore: Ut Esa. 50. Corp<sup>o</sup>  
meū dedi percutientibus, &c. Luc. 24. Non inuenierunt  
corpus dñi in sepulchro. Nunc uero pro corpore meta=  
phorico,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

phorico, spiritu, ali, uel Ecclesia. i. Cor. 15. Seminatur cor-  
pus animale, resurget spirituale. Ephe. 4. Vnū corpus si-  
mus Coloss. i. Pro corpore eius, qd' est ecclesia. Pro figura  
rauero corporis nusq; reperimus. Iam in hac locutione,  
HOC EST CORPVS MEVM: Corpus, nec pro spiritu  
ali, nec pro ecclesia adcipi potest, quādo mox sequatur,  
QVOD PRO VOBIS TRADITVR. Neq;  
n. spirituale corpus, neq; ecclesia pro nobis tradita sūt,  
proinde manet corpus in sua nativa significatione.

A N T I. Nomen corporis domini, ecclesiam usurpare  
re pro sacramento corporis, ostendunt ferē omnium  
VETERVM DOCTORVM libri, & ostendit  
illud Augustinus in epistola ad Bonifacium, nec tamē pro-  
pterea negamus Christicorpus esse uerū corpus, licet nō  
dicamus esse in materia panis. Cæterū, quū hoc modo lo-  
quendi. i. tropo inquisitioni, scripturam interpretamur,  
que illa necessitas, ut alio loco explanatū esse oporteat,  
quum per fidelissimam analogiam perscrutari liceat.  
Quot sunt uerba, que nō bis in scriptura reperiuntur?  
Quot item, que licet in multis locis occurrant, sed quū  
δολύσημα sint, in uno significato, in uno tantū loco fi-  
unt obvia? Verū amen hic nō est ut latebras queramus,  
satis manifeste interpretatus est Christus ipse, q subdidit  
HOC FACITE IN MEI MEMORIAM. Qui  
bus uerbis nō solum usum rei, sed & rem ipsam decla-  
ravit. Etenim quod de Christo diximus paulò superius  
quod per petram significetur, & ita interpretari sine

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

periculo liceat, petra est figura Christi: & nihil decedit dignitati Christi, ita & nihil à corporis ueritate depe- riturum est, si panem dixeris esse figurā corporis. Nam licet nomen figuræ ad prædicatum pertineat, uis tamen figurandi uel signandi est in ipso subiecto. Quia enim panis signum est uel figura, propter instituentis uolun= tam, recte de genere suo prædicatur, ut panis sit figura: quum uere de corpore ut disparata non poscit. Hoc facile colliquescit & in alijs expositionibus. Et certissi= mū tā in Epistola ad Corinthios, ubi dicitur, Petra erat Christus, & hic in coena rei que gerebatur & seruan= da commendabatur esse expositio. Cæterum, quod cor= pus in sua nativa significatione maneat, & nihil tropi admittat, hoc est, quod probari oportebat, sed semper in cunctis impingitis scopulis, petendo principi= um.

SYNG. Porro quod ē. 12. cap. Exod. producitur  
EST PHASE DOMINI, nostra potius confirmat,  
quam conuellat. In ea enim locutione, nec EST pro= significat nec phase PRO FIG VRA PHASE ex= ponit ab humana temeritate debet. Siquidem spiritus si= bi suorum uerborum interpretationem uendicauit, eam gloriā carnī non largitur. Et quemadmodum Paulus ait: Nemo nouit quid sit in homine, nisi spiritus homi= nis. Ita quis melius sciret, quid per uerba spiritus intelli= gatur, nisi ipse spiritus? Proinde Occolampadi doctissi= me, sine impetu remus à te, ut Phase non iuxta somnium,  
sed

IO ANN. OECOLAM. AVTORE

Sed iuxta spiritus sententiam exponamus, qui non pro figura, sed pro uictima phase interpretatur, ita enī scriptum est in eodem Exod. cap. 12. Cum dixerint uobis filii uestri, que est ista religio? dicite eis, uictima phase Domini est. Vides spiritum optimum suorum uerborum interpretem, phase non pro figura, sed pro uictima phase exponere ut sit sensus: Est enim phase Domini, hoc est, est uictima phase Domini. Neq; enim uictimam & figuram idem esse dixeris, nisi forte cum spiritus dicat, Christum esse uictimam, Christum figuram esse intelligentias. Nam quod Zwinglius inquit hæc uerba: Est phase Domini, esse rationem eius, quod mox præcedit, comedetis festinanter, facit n̄e dicendo, ut nihil dicat. Ergo ne esus festinatio suam habet rationem, præcedentia uero nullam? Quid igitur est, erit agnus absque macula, in una domo comedetis, sanguine postes inungatis, renes uestrros accingetis, calceamenta habebitis in pedibus uestris &c. hæc rationem non habebunt? Sed probius ac uenustius Mose seipsum interpretatur, qui phase ad totam religionem agni refert, non ad partem. Amabimus te Oecolampadi humanissime, ut diligenter consideres & tecum conferas, quid sequamur, cum à uestra sententia discedamus. Vides enim clarissime, erat in oratione Petra erat Christus, & phase, pro uestra ratione constare prorsum non posse, iam si ruant ferre, atq; abene rationes, num tota causa domi sufficie carebit?

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

ANTIS Y. Benedictus dominus, somniator erat  
et Ioseph, et non solum somniator, sed et alienorum  
somniorum felicissimus interpres, scio enim, quem acutus  
leo isto petatis. Satis erat acerbum, temerarios uocari,  
fatemur nos esse carnem: sed quid ultra? non sumus  
et imago dei? non sumus et a Christo redempti? Sci-  
tis predictum per prophetam, quod et caro uisura sit.  
quid os Domini loquitum, et per alium, Effundam spi-  
ritum meum super carnem, et somniabunt seniores uestri. De  
nomine Phase Theobaldo nostro respondimus, neque  
opus est, ut repetam, neq; Zwinglius sibi, immo gloriae  
uerbi non defuturus. Tantum hoc subijcio, quod neq; illa  
uerba rigide recipienda sint. Est autem expositio fere ea-  
dem que in coena. Non n. de illo agno qui tunc immola-  
batur, sed qui a posteris, immolandus, filijs sermonem illum  
comendat. Pronomen Hebraicum נְבָרֵךְ non permittit,  
ut ad religionem referas, et res ipsa reclamet, ne ad diem  
exponatur, sed agnus est Pascha, id est, Victima paschae  
Domini, id est, memoriale et figura Paschae. Proinde ad  
huc nihil doli suspicari uos oportebat, neq; ruit aliquid  
ex his, que diximus: No curamus preccores triumphos.

SYN. Sunt qui non nihil roboris sue sententiae adij-  
cere uidentur ex Gene. 17. ubi sic legitur: Erit pactum  
in carne uestra, in foedus sempiternum. Circuncisio aiunt,  
pactum seu foedus uocatur, cum nihil nisi foederis signum  
sit. Ita enim scribitur, circuncidetur ex uobis omne mascu-  
linum, et circumcidetis carnem prepuclij uestri, ut sit  
in signum

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

in signum fœderis inter me & uos. Gratias agimus tibi  
sancte spiritus, qui tua sponte adperis, quid per pactum  
uel foedus intelligas. Nam cum antea circumcisio pactū  
esset uocatum, nunc pacti signum dicitur. An sic de cor-  
pore Christi disertat? Cū enim Christus dixisset: HOC  
EST CORPVS MEVM. Nū postea additur, ut sit  
signū corporis mei? at hoc maxime oportebat in re tāta.

ANTISYN. Gratulamini & gestitis, quod sp̄ri-  
tus sanctus exponit: recte gratulabimini & ob hoc, qđ  
interpretatione ista, ad similia sacramēta deprehenden-  
da patefacta sit uia. Sane & in cœna si quæsueritis, sa-  
tis disertus est spiritus sanctus, ijs, qui dociles uolūt esse.  
Nam licet non dicat, hoc est signum corporis mei, dicit  
tamen: Hoc facite in memoriam mei. Et per Paulum:  
Quoties cunq; manducaueritis panem hunc, & de ca-  
lice hoc biberitis, mortem Domini annuciabitis. D O=   
NEC ueniat. Dicit item de calice, quod sit nouum Te-  
stamentum, sed de hoc infra.

Iam si circumcisio declarat sententiam Christi de pane  
coenæ, ut recte dicitis, Et est circumcisio non nisi res exter-  
na atq; planè transiens accidens & actio, que signum  
quidem alterius internæ actionis, substantialiter autem  
actio esse nequit per quam signatur & ut talis sit cir-  
cumcisio, quale sit uerbum. Verbum enim non erit propte-  
ria minus uerū, si signum non sit ipsum quod signat, immo  
si esset hoc quod signat iam non esset signum. Recte igi-  
tur & nos per corpus in vulgari sermone sacramentū

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

corporis dicimus, et pie interpretamur suo loco corpus figuram corporis.

39 SYN. Sed nec Paulus audet ex corpore, corporis signū facere, inquit enim, nō dijudicans corpus dñi, nō ait, non dijudicans figuram uel signū corporis. Porro circumcisionis ratio uel omnium maxime declarat, sententiam nostram, imò Christi, de pane coenæ. Est enim circumcision, et pactum et signum pacti, quando nō solum carnis præpucialis auulsio sit, sed et habeat adiectionem uerbū. Quale igitur uerbum est, tale fit, et circūcisio Audi. Dixit D E V S. Ego sum, ponam pactum meū tecum: quid pactū est, nisi promissio, conuentio, foedus? quæ ergo promissio facta est Abrahæ? Mox sequitur. Eris pater multarum gentium, faciam te crescere uehementissime, ponam te in gentibus, reges ex te egredientur, statuam pactum meum inter me et te et c. ut sim Deus tuus et seminis tui post te, daboq; tibi et semini tuo post te et c. En habes pactū, iam additur pacti sigillum. Circumcidetur ex uobis omne masculinū et circūcidetis carnē præputij uestri, ut sit in signū foederis inter me et te et c. En signū pacti. Itaq; circumcision ueri pacti sigillū est, sed et ipsum pactū uel foedus uocatur. Quare propterea quod habeat uerbum pacti adnexum. Vbi enim circumcision pactū dicitur, ibi non licebit interpretari, ut sit signum pacti, sed cum spiritus respiciat in uerbu, circumcisionem iustissime ipsum pactū uocat. Nam quod pactum sit, ex uerbo habet, quod uero signum sit, habet

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

habet ex specie externa, ita panis cœnæ uerbum habet,  
HOC EST CORPVS MEVM QVOD PRO  
VOBIS TRADITVR. Ex hoc uerbo habet qđ  
sit corpus Christi, quod uero interim Christum adum̄  
bret, ē natura sua habet. Sicut enim panis pascit uentre,.  
replet stomachum, ita Christus pascit animam, animæ ci-  
bus est. Quemadmodum & petra, quia natura stabilis  
est & firma, igitur rectissime Christum delineat, qui est  
omnium in se confidentium robur, arx, & fortalitium.

ANTISYN. Et de hoc loco in epistola ad Billicas  
num mentem meam posui, inò non meam, sed eam quæ  
est scripturæ. Cæterum locus ille non exponit sym-  
bolum ut superior, sed indicat grauitatem criminis in=  
digne sacramenta sumentium, redundat enim in iniur-  
iam instituentis & corporis Christi quod pro nobis  
mortuum, si frigemus in eius memoria, & symboli  
quibus beneficium commendatur, despiciamus. Quæ  
adhereant his, antea expendimus.

SYNGRAM. Expendamus & aliud quod de ca-  
lice, ē Pau. & Luc. citatur. Hoc poculum, inquit, NO-  
VVM TESTAMENTVM EST, IN MEO  
SANGVINE, uel per meū sanguinem (Nam idem sunt) Miramur autem nos, qua fronte audeat quis in hoc loco  
nouum testamentum pro signo noui testamenti interpre-  
tari, penè dixissimus, uiolare. Additur enim in meum  
sanguinem, uelut expositio calicis seu uini. Vnde enim  
calix nouum testamentum dicitur, an quia signum noui

40

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

testamenti est? nequaquam, sed quia habet sanguinem  
noui testamenti. Da honorem spiritui sancto, & sine, ut  
sua per seipsum exponat, id quod diligentissime facit et  
apud Matth. & apud Marcum. Nam quod Paulus noui  
testamentum uocat. Hoc apud Matth. non signum sed  
SANGVIS NOVI TESTA. dicitur, sic enim  
ait, BIBITE EX HOC OMNES, HIC EST  
ENIM SANGVIS MEVS. QVI EST NOVI  
TESTAMENTI &c. Clariorem ne interpretem  
desyderabis? An ad huc contra Euangelistarum exposi-  
tionem audemus ex novo testamento, non sanguinem no-  
ui testamenti, sed signum facere? hoc adcedit quod Exo.  
24. scribitur. Mose sumptum sanguinem respersit in po-  
pulum & ait: hic est sanguis foederis &c. non ait, hic est  
signum foederis &c. Sic Christus, cum in populum suum  
uerbo spargeret sanguinem, non ueteris sed noui testame-  
ti adcepit poculum dicens. Bibite ex eo omnes. Hic est  
enim sanguis noui testamenti, qui pro uobis effunditur.  
Hoc uerbo ad poculum dicto, sparsit sanguinem suum,  
non signum eius in populum noui testamenti &c. Nisi  
forte quis uoluerit sanguinem testamenti signum esse,  
non ipsum testamentum, neminem habebit diuersum.  
Testamentum enim nouum est, REMISSIO PE-  
CATORVM, SALVS AETERNA, & ut  
Hiere. inquit, Dabo leges meas in uisceribus eorum. Ego  
ero eis in deum &c. Huius testamenti sigillum, immo impe-  
tratio est sanguis, sed quia sanguis sigillum testamenti  
est,

IOANN OECOLAM AVTHORE

est, an propterea non erit sanguis? absit, sanguis enim quia Christi sanguis est, nouum testamentum ob-signat, & confirmat. Sic & poculi dominici uinum, quia sanguis Christi est, igitur noui testamenti ob-signatio & confirmatione est.

ANTIS Y. Parum absuisset quin à modestia uestra, uerba multo immitissima zelus ardens extorsisset, amicamini frontem nostram. Imperioso exorcismo urgetis ut dantes locum spiritui sancto sinamus, sententiam suam per se exponat, & uix continetis linguam, ne uiolatorē sanguinis ac testamēti uocetis Ὡ Επιχελίαρχος. Quām uellem temperaretis animi flagrantis ardorem, nam ubi tanta obuolitant cōititia, nescio an audituri sitis uel me excusantem, uel docentem. Quid sit testamentum tractavi in epistola ad Theobaldum, eam si legere dignabimini, fortassis non omnino frontem nostram deplorabitis. Neq; enim Marcum uel Matthaeum reiijcio, sed per clariores Lucam & Paulum, usitato more, quo obscurā manifestis illustrantur exponendos censeo, modeste auctem & humiliter à uobis impetrare uelim ut unicum nobis testamentum sit, & id semel ob-signatū in sanguine, tunc quando in cruce effusus. Chirographū enim peccatorum nostrorum in cruce affixum: sanguis proprius non dicitur sanguis testamenti, nisi quando testamentum obfirmat, proinde manifestum est, calicem esse nouum testamentum, hoc est commemorationem noui testamenti, quod in sanguine confirmatum est, quod si uolueritis

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

exponere manifestos per obscuriores Marcum & Mattheum, & non admittere mitiores expositiones, periculum est ne remissionem in calice constitutam, & superflua sit futura Christi in cruce mors, quod satis scio nunquam annuetis. Est sanguis testamenti in calice dicite, quam ob causam ut testamentum confirmet euacuatur ergo crucis gloria maxima. Quid igitur reliquum ut commemoretur esse sanguis ad testamentum pertinens. Atque corporalis presentia adhuc nihil confert: quod memoria sanguinis praestat. Bene conscius mihi sum, DEO PATRI sit gloria, me non in malo spiritu audenter loqui, uinum non esse substantialiter sanguinem, sed signare nobis sanguinem.

Porro perpetuus lapsus uester non probare, quod et probasse uideri uultis, & si deo gratum foret ac posibile, maxime uellemus. Nam hoc non est probare, uerbum accepit, possidet sanguinem, habet sanguinem. Nemo uobis ex nouo testamento facit signum, sed uos eorum propenditis, ut ex signo, nouum testamentum faciatis. Nouum testamentum nouum testamentum manet, sicut de corpore, & Christo ipso dictum: similiter sanguis testamenti, manet sanguis testamenti, sed in expositione uerborum, dum manet in sua natura sanguis, tropum non respuit, ut dicitur monumentum testamenti. Iam quod Moses dicit, hic est sanguis foederis, nihil contra nos. Nam & sanguis Christi in cruce sanguis est testamenti, inde enim affersa

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

aspersa sunt hysopo spiritus, corda fidelium. Et sicut  
in sacrificijs legalibus aspersiones aliae in sanguine, non  
fuissent sanguis foederis, ita etiam si hodie maxime ha-  
beretur in calice, non posset proprie dici testamentum.  
Est sane sanguis signum testamenti ut conceditis, sed  
quatenus effunditur, sufficit enim testamentum semel  
sigillari.

Testamentum uero & foedus apud prophetas in hoc  
primum initur ut deus sit deus noster, & nos populus  
eius, & propterea scimus credentes deum esse nobis  
propitium & saluatorem, sed de his satis.

Non agit hic me malus error, nisi prorsus ignorem  
Christum, quod in cruce patri per Christum sacerdo-  
tem sponte corpus offerentem & sanguinem effunden-  
tem reconcilatus sum, ultra infirmis elementis seruire  
non libet, quae uerba habent ad significandum.

Admonere & tu eximia Contio, ut cogites tecum,  
num sit citra offendiculum & caste uulgo scribere do-  
cere & contendere, quod Christus hoc uerbo. HIC EST  
sanguis noui testamenti: sparserit sanguinem suum  
non signum eius in populum noui testamenti.

Heu me miserum, quam parum exaltatur gloria  
crucis apud illos, qui illam ipsissimam se praedicare glo-  
riantur.

S Y N G. Sed à sanguine ad baptismi rationem ad-  
cedamus. Nam baptismus conscpultura cum Christo est,

41

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

& regenerationis lauacrum? Quid igitur faciemus rursum ex lauacro & consepultura signum lauaci regenerationisq;? Mallemus ut scriptura tractaretur suo spiritu, non nostra ratione aut inuentione, ne subinde τὸ ἀγιον τῶν ποσὶν καλωτέρη, impij nostra temeritate docti, adsuecant. Tractanda sunt diuina uerba cum timore & tremore, ne uiolatores existimemur. Pro inde quod baptismus regenerationis lauacrum sit, quis melius interpretabitur, quam is qui hoc dixit? Sic enim Paulus scribit Tito: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Iam quare baptismum regenerationis lauacrum uocet, adperit sese Ephe. 5. Num quia signum sit? at sic non lauat animam, num quia aquam habeat? at sic corpus dumtaxat purgat. Quare ergo lauacrum dicitur? Audi Paul. Christus dilexit ecclesiam & semel ipsum exposuit pro ea, ut illam sanctificaret mundata, lauacro aquae per uerbum. Habes hic apertis. baptismū non propter signum, sed propter uerbum, lauacrum regenerationis dici & esse.

ANTISYN. Exposit opiniō horum extre-  
rum temporum neceſitas, ut etiam inter admonendum,  
singuli uersus, suis scommatis mordatores facti, pro-  
hibeant, ne lector somniculosus fiat, iuuant enim θου-  
λοχίου mirum inmodum, nunc uidear sanctum concul-  
care pedibus, nimirum amica luto ſus, qui lauacrum re-  
generationis & consepulturam dixi signa interne lo-  
tionis & sepulturæ cum Christo, quomodo Paulus Ro-  
manis

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE.

manis depinxit Baptismum. Non nego esse lauacrum re= generationis, sicut Apostolus dixit, sed illud internum uolo. Spiritus sanctus enim est qui regenerat, qui ex mundiori aqua uerbi, quod Christus cordibus a patre tractis loquitur: filij enim dei sunt, qui spiritu dei agun tur, et Ioan. i. Qui ex deo nati sunt: solet autem id agere spiritus non raro ante externū baptismū, immo adultus nisi internum baptismum se assequitum testari uoluerit et sit regeneratus, cum magna conscientiae sue condemnatione accedit. Quid de cathecumenis dices, non dum per oportunitatem ad baptismum admissis? exclusi ne sunt a regno dei? Licet spiritu sancto agantur et arra= bonem omnibus externis sacramentis ueriorem possi= deant? Illi igitur accedentes, numquid secundo regene rabuntur? Quod quin gloria spiritus sancti quem do norum suorum non penitet, non permittit, quid illi de= est, quim ut per sacrosanctum symbolum, suam internā beatitudinem ac munditiem testetur? Nos Ioannes su= mus, et in aqua tingimus. Qui in spiritu baptisat, suo quando uult, et ubi uult munere fungitur: tametsi hora baptismi multis nominibus magis presentem gratiam Christi pollicemur.

Neq; urget adeò, quod Paulus scribit Ephesij, Eccle= siam mundatam lauacro aquæ per uerbum. Indicat enim Ecclesiam auditu uerbo credisse et obtempe= rasse, et ut in unum corpus coiret, internum baptis= mum declarando, aquæ lauacrum, magna in Deum fi

## ANTIS YNGRAMMA AD SVEVOS.

ducia suscepisse. Iam enim illā fides in sanguinem Christi effusum abluerat, ut testatur Ioannes dicens: Sanguis Christi emundat nos ab omni peccato. Videtur hoc uobis esse margaritas conculcare, ubi nihil, uel fidei, uel charitati derogatur?

**42** **S Y N.** Et quid aliud nos de pane cœnæ adseueramus? Non enim dicimus panem, qua signum est, corpus esse, sed propter uerbum: HOC EST CORPVS M<sup>E</sup>V<sup>M</sup>, &c. Nam in dictione corpus, non esse tropum, iam putamus aliqua parte colliquescit, solutis uestris rationibus de petra, Phase, & nouo testamento. Ostensum enim est, quām uiolente ac plane contra spiritus ingenium sunt expositiones uestræ.

**ANTIS Y.** Si errorem confirmat error, & ueritatem subuerit, bene muniuistis sententiam uestram & nostram omnino sustulisti. Sicut enim non est absq; errore dicere panem esse corpus Christi, ob fidem in uerba quædam externa, ita & spiritum detruidi in aquā tanquam circulum magicum mea fide, que supersticio uerius diceretur, minime blasphemia caret. Aut quando tandem tempus probandi ea quæ dicitis? Evidenter nihil video, quod aut solide, aut digne hactenus proposatum sit, propter quod nostra cū spiritu pugnare, agere noscere possumus, ut gloriari iuste debeat, nisi forte quia uobis non subscribimus.

**43** **S Y N.** Nunc alia prosequemur, Matthæi .ii. Christus de

# IOANN. OECOLAM. AVTHORE

fatus de Ioanne ait: Ipse est Helias. Sed quid? an Ioannem ideo Heliam uocat, quod refert, aut signet Heliam? Quid igitur additur, qui uenturus est? Venturus ne est Helias ille ab habitate Nos multo certius in scriptu re scopon intendimus Sunt enim duo Heliae: alter Thesbites Ahab regis Israel σύνχρονος. Alter Helias de quo uenturo pronunciat Malachias Propheta, capit. 1.  
 & .4. Is Helias Ioannes est, testantibus etiamnam Christi uerbis, qui ait: Hic est de quo scriptum est. Ecce ego mitto nuntium meum. Et postea, si uultis recipere, ipse est Helias ille, qui uenturus est, non Thesbites, sed is de quo Malachias uaticinatus est. Sicut & Matthaei 17. Dico uobis Heliam iam uenisse, & non agnouerunt eum. Processit quidem Ioannes ante Christum cum spiritu & uirtute Heliae, ut Lucas testatur: Sed hac occasione ex Est, non facies, refert. Ioannes enim refert Heliam illum Thesbiten: Sed ille ipse est Helias, qui uenturus est, hoc est, quem Malachias futurum esse ante Christum longe ante prædixit. Porro, quo iudicio pro tua sententia testimonio, ex Gene. arbore scientie boni & mali: preterea ex Ioanne, Ecce filius tuus citaueris, nondum uidemus. Nam si contuleris uerbum Gen. cum uerbo Cœnæ σίς Διὸπτερωπ distabuit, sic enim loquitur: רְמִיעֵץ חָדֻעַת טֹוב וּרֹעַ A B ARBORE SCIENTIAE BONI ET MALI, NON AB ARBORE, QVAE EST SCIENTIA BONI ET MALI. Nam ḥadu'at in

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

articulum genitiui casus esse nobis melius nouisti: In cœna nihil eiusmodi audies: Non enim Christus inquit, Accipite, comedite, hic est panis corporis mei, sed hoc est corpus meū. Et quod Ioannes filius Marie uocetur, neq; est pro significat, neq; filiu pro figura filij sumpseris, quis unquam tales interpretes audiuit?

ANTIS Y N. Adhuc maiore uellicandi libidine quam ædificandorum proximorum studio moramini in cæteris tropis quos produxi. In quibus omnibus satis misbi erit esse tropos uel aliquo modo alludentes, neq; non omnes ideo in medium allati, ut per omnia quadrent: sed hoc consilio, ne cui insolitum uideatur scripturæ tropos admittere. Et quomodo negare poteritis in nomine Eliæ non esse tropum? distinguitis Tesbiten ab eo qui à Malachia introducitur, quem dicitis Ioannem propriam non in Eliam posteriorem, nomen à primo Thesbita translatum est propter uirtutem & zelum? quid igitur abhorretis quasi tropus dici nequeat? Simile est, quum non permittitis tropum esse, si quis filium alicuius uocet eum qui non est ab eo genitus. Quis unquam tam superciliosos audijt censores? Intollerabile & hoc uidetur, quod dixi uocari arborem scientiæ boni & mali improprie: dicite an non uerum? Et uidete quam belle deceat uos ostentatio Hebraismi. Nunquid ego dixi arborem scientiam, ut opus sit consulere Hebreas putatis ne uobis defore censores, qui tam acuti in meis neuis carpendis? Nunquid proprium est arboribus esse fructus?

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

rases scientiae boni & mali, uitæ & mortis? Nunquid il-  
lis arboribus ea uis inerat? Quod si non erant tales, &  
subest tropus, frustra tam curiose indagatis.

S Y N. Nos solidiora querimus. Et ut uerum fatea-  
muri, ijs emendicatis testimonij multo infirmior, ac con-  
temptior redditur secta uestra, facis enim pro Retho-  
rum more, qui ubi ~~de~~ <sup>et</sup> ~~et~~ <sup>et</sup> desunt, coniecturis sua  
muniunt, persuadentes sibi egregie se perorasse, modo  
non sine coloribus, utcunq; causa probata sit, oratio-  
nem finierint. Tu mox initio serè libelli undequaq; corra-  
dis, quicquid uel speciem tuæ causæ faciat: firma postu-  
lamus, contra que nec Satan biscere queat, aliter enim  
rebus humanis agitur, aliter diuinis. Res huma-  
næ coniecturis ducuntur, & fulciuntur, que etiam si  
nonnunquam fallunt, minori dispendio fallunt.  
Non enim ingens clades est, si fortunis nostris corpora-  
libus destituamur. Res diuinae ~~de~~ <sup>et</sup> ~~et~~ <sup>et</sup> nituntur, ut  
certa sit fides nostra, ne in uacuum curramus, ne in ten-  
tationibus succumbamus.

A NT I S Y N. Quid mali est fratres dilecti solidio-  
ribus argumentis tempestiuas adhibere conieclaras, de  
quibus nihil dubitamus, quin nec fidei nec charitati ad-  
uersentur, nunq; id ipsum & uos inter concionandum agi-  
tis? Admoneo tropos familiares scripturis, & uos rem  
adeo exageratis quasi blasphemis opplessem scriptu-  
ras. Sunt ex uobis, qui nec aures audiendi habuerunt,  
etiam quum offerrentur solida & firma: mire dissimili-

44

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

Iare quidem norunt, & licet non habeant quid respon-  
deant, modo pertinacia uincant: quis dabit illis firma  
Satis? Nihil uidetur uobis tot miracula que ponitis oci-  
ose: nihil uidetur gloriam corporis Christi esse, ut sit in  
celo, nihil uidetur carnalem mandationem & pre-  
sentiam nihil prodesse, nihil uidetur & alia id genus.  
Verum conferantur mea & uestra, & adhibito iudicio  
uideantur insignes ille demonstrationes, que unctione  
que pietas scriptores uos fecit? ponite Rethorice in modo  
nugacitatem, & nulla per uos grauabor inuidia.

**45** SYNG. Nam finge & nos credere, panem cœne  
esse duntaxat signum corporis, hac ratione persuasi,  
quod in Gene. dicatur arbor scientiae boni & mali. Et  
ad Ioannem, Ecce filius tuus. Quid uero respondebimus  
Satane? si obijciat, filium hoc loco non pro signo filij  
adcipi, nec in cœna, ut in Gene. dici. Hic est panis corpo-  
ris mei: Iam, ut maxime ( id quod orationis proprietas  
nequaquam patitur ) filium pro signo filij acceperis,  
quis certum faciet, sic & corpus adcipiendum esse?  
quando ut corpus pro figura corporis adcipiatur, non  
facile in scripture reperies. Quis, si ita scripturam dis-  
cerpere liceret, prohibere posset, ne idem alias faceret,  
in ea locutione que est Matth. 3. Hic est filius meus dilec-  
tus, ut sensus esset. Hic est signum filij mei dilecti, quan-  
do & suasrationes carni persuasibles haberet, & ad-  
huc hodie à Iudeis nobis obijicitur, quomodo homo pos-  
sit filius dei esse?

ANTI.

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

ANTI. Quid si uobis occineretur IBI FORMIDA  
VERVNT FORMIDANTES, VBI NVLLVS TI-  
MOR<sup>s</sup> nunc tandem religiosi effecti, quasi uero nul-  
lus in scriptura tropus? Quis iubet ædificare super hanc  
nam, egregij illusores? Siccine oportet in ecclesia Christi  
disputare? Multas calamitates breui tempore accepi, sed  
nullam ægriore animo audio, quam qd' eò usq; tragediā  
producatis, quasi nostra fideli manu ductione, eò tandem  
perueniatur ut Christū negaturi simus filium dei, et peri-  
elitaturi, ne fortasse filius sit filius adoptatus, et corpus,  
sit phantasticū corpus. Hæccine de me sentient, qui ut pa-  
trem se ueneratos testantur? An non in promptu sunt te-  
stimonia, quibus perfidia Iudaica confundatur? An non  
spiritus qui docet clamare Abba pater, nobis intra cor  
testimonii dat, Iesum esse Christū filiu dei? Quid ad nos  
maledicte Iudaica gentis cœcitas, et perpetuum scan-  
dalum? Nos cruce non offendinur, scientes, quod pater  
per crucem filium glorificari uoluit, ubi uos docebitis  
per panem sic glorificari? Quid multis? si contendere  
iustum est, eadem ratione contendemus, nullū usquam in  
omni scriptura esse tropum, sed omnia proprie dicta.  
Quid tum respondebitis Satane? Qui uult seruare ani-  
mam suā perdet eam: quia n. alibi, proprie in scriptura  
perdere accipitur. Angar mecum, et dicam, ecce uer-  
bum domini, saluari non potero, nisi perdam animam  
meam, hoc est nisi mihi ipsi mortem cōsciscam. Quod si  
quis me reuocare uoluerit ad laqueum properantem,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

non audiam, sed auersans talem scripturarum discerp=torem dicam: scriptura si uno loco proprio loquitur, periculum animæ erit si illo alio figuratus sermo ad=mittatur. En quām belli interpretes sumus.

46 SYN. Et nisi uana sit coniectura nostra, spiritus ille sacramētarius, hoc sp̄irat, hoc machinatur ut nobis Chri=stum externum, uerbum externū subripiat. Huius enim rei pulcherrimū nunc specimen dat, dum querere solet quid uerbum dei est externum? Nonne litera est? nonne syllabas habet? Literæ ne & syllabæ nos saluarent? In propinquo est ut dicat, quid Christus externus est, non ne homo est? nonne caro est? Atqui caro non prodest, & maledictus qui in hominem confisus fuerit. Exhort=escimus quoties hos satanæ actus cogitamus, nouimus enim eius consilia, & certum est cum talia nunc domi=sue coquere.

ANTIS Y. Onerosa sunt, quæ de sacramentario no=stro spiritu non solum suspicamini, sed & coniectatis, & quin nosse uos satanæ consilia iactetis, non est mihi difficile, uestri ingenij candorem perspicere qui talia mihi opprobretis, sed ferēdæ sunt amicorū tam infirmorū morositates: solebat & Christus audire tanquam aduer=sarius dei, ab his qui filij dei non erant, sed omniū mortalium flagitosissimi. Quid si me peccatorem ita excipiunt amici? Viri optimi, si tam compertæ uobis satanæ machinationes, et sic iudicatis de amico & fratre? Ignoro quæ illa spirituum discretio? quæ Doctrinæ probatio quæmuc

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE.

quemue uos sacramentarium dicatis, & cui tribuat, sed quid habito? aduersus me scribitur. Ipse petor. At me us spiritus quantum ad sacramenta attinet, seruialis per gratiam dei non est, nec contentionum amans, gaudetque illis in utilitatem proximi uti, aq; elementis ascendere ad Christum, timet autem a Christo relabi ad elementa, Insipientior sum gloriando.

Nihil periculi est, quod docetur, ne mortuae literae ac syllabe magnificant, dum modo id quod per illas spiritus operatur, non negligatur. Idolatriæ autem doctrina esset, si in sonis articulatis & scripturis, substantia liter inesse traderemus, id quod significant: & quod de uerbis dico, de sacramentis quoq; licet. Habent bonorem suum uerba, habent scripture, habent & sacramenta, adeoq; omnia que a deo creata sunt, sed si tribuatur eis, supra id quod sunt, non solum honestiora inde non fiunt, sed et amittunt id quod habent decoris, alienisq; laudibus polluuntur. Reclite itaq; dixerimus uerbum externum, literis & syllabis constare & significando suum absoluere negotium. Porro interna doctrina solius est spiritus. Non frustra Christus dixit, se magistrum nostrum in cœlis, qui se si uerbis uniret, non illuc respiceret iussisset. At nisi ego uerba uestra non intelligam uos tam crasso tenemini errore, ut et uerbis ac scripturis in modicum conservatis honorem, & tantum non ea animatis: imo plus datis, quam si uiuiscaretis, quod quum recessellitur, clamatis in propinquuo esse, ut & Christi huma-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

nitatem è medio submoturi simus: scilicet, conferre licet carnē Christi cū litera & sacramento acuerbo exāternos? Nūquid illa pro nobis sunt passae sed & de carne Christi si dicamus: Caro nō prodest. Maledictus qui fidit in hominē: offendit ne hoc uos? & abhorretis uos ab his dictis, qui uerbi ter maximi p̄æcones? Desipiam licet uobis, nō tamē sensu Christiano prorsus sum insipiens. Et quamuis uerbi externi, uel carnis dignitati nihil derogarim, scio tamē maiestatē dei ampliorē, quam ut uerbis ac Sacramentis, organis nostræ salutis, nō utatur, in se illis nouo quodam modo uniat: neq; id nostræ infirmitati necessarium, sicut uerbi incarnatio. Magnū mysteriū est quod uerbum per quod facta sunt omnia factum est C A R O, sed eo nostra imbecillitas opus habebat. Nunc autē agnito eo, dicere possumus. Etiā si noueramus Christū secundū carnē, sed iam non nouimus, ex à uia ut ad ueritatē ipsam properetur, hortamur. Nihil nos in uia retineat, neq; .n. dominus hoc uoluit, alioqui carnē suam super terrā reliquisset: sed transiit ad patrē ad deū, ut nos quoq; à temporalibus liberatos proueheret. Porro sicut à carne quæ super terrā olim & in cœlos translata, ad patrē transeundū docemus, ita & ab externis alijs ad interna uocamus, non quod illa cōtemnatur à nobis, uel inutilia censeantur, sed quod uno tempore est utile nō oībus prodest. Nolumus, ut quis in uestibulo domus moretur, at nō propterea per uestibulum ingressi prohibemus, nec inutilem dicimus ingressum, qui

ad

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

ad progressum exhortamur. Si consilia Satanæ, ut dicitis, uobis sunt cognita, gratulor. Quin et precor deū, ut astus eius clarius uideatis. Nā si hoc cōcedetur zelus ille in me quo nunc supra modū flagratis, non dubito, quin breui deferuerescat, nō enim, ut adagio uestro utar. Domi suæ hoc coquit, ut per Doctrinā nostram regnum suum stabiliat, quam sentit sibi maxime aduersam, ut po te ueræ fidei sinceritate, & inculpatissimæ charitatis ueritate subnixā: sed nullū non lapidem mouet ut lucem ueritatis, qd' prohibeat PATER MISERICORS extinguat, ne regnū mendacij et tenebrarū tyrannis de crescat. Hoc spirat, hoc machinatur, ut totū mundū im pleat idolis, & quum hic & illuc in his, & illis altari bus, in huius & illius uerbis nullus sit deus, deus tamen queratur & colatur, nam & nos eius cognouimus in fidias, quas nō pro Christo, sed aduersus Christū strue re eum certū est: et nos pro Christo sumus, qui ita Christum agnouimus & docemus, ut quantotius ad patrem initatos urgeamus, nec ab elementis mundi pendere patiamur. Non sunt hæc gloriandi animo dicta, sed cō uitiorum moles immensa cogit, ut præter morem, stu dium nostrum non possumus, non prædicare.

S Y N G. Nondum adperto marte se prodit, sed si permiseris, ut ex corpore signum corporis faciat, quid blasphemiarum non conabitur? Habet namq; Satan hanc naturam, ut longe aliud recessu prodat, quām prima fronte fixerit, facile nouit se in angelū lucis trans-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

formare. Nonne abunde satis hanc malignitatem, nostra tempestate, in populari seditione experti sumus? Fingebat ille initio, euangelio se ad futurum, pauperes oneribus suis grauiissimis leuaturum, & in libertate iudicaturum, meditans interim periuria, rapinas, homicidia, & quid non malorum? Sic spiritus uerbum donum disrumpens, fingit quidem se syncerum sacramenti usum doctrum, ut est uerbis, sed aliud clam machinatur. Dolet uerbum Euangeliū esse reuelatum, sentit sui regni dispendium, proinde omnem mouet lapidem ut princeps mundi maneat. Etenim non minima uictoria pars esset, si pro corpore figuram corporis substitueret, uide quo dono nos priuasset? Nam cum uerbum dei dona nobis praesentia faciat, de qua re post dicemus, non ab re, hoc uerbo. HOC EST CORPVS MEVM, fit nobis, & exhibetur corpus Christi praesens. Quod si uero Satane tantum licuerit, ut e corpore figuram corporis faciat, nonne pro ueritate phantasma, pro re spez etaculam inane, substituet? Nec hoc fine contentus se se contrahet, sed longius progrediens tentabit etiam ex pace, signum pacis, ex remissione, signum remissionis peccatorum, facere. Nam cum Christus Apostolis precepit, ut pacem optarent domui, in quam intrarent, & misit ad remittendum peccata, malignus contendet, Apostolos non potuisse pacem, & remissionem peccatorum auditoribus offerre, quando solus Christus pax sit & remissio peccatorū. Neq; quis unquam uiderit Christum

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

stum apostolorū humeris de urbe in urbem, de domo in  
domum transportatum esse, sed de ijs rebus postea.

ANTISYN. Beatos nos, qui quum fidem ac ueritatem, pacem ac charitatem prædicamus MALA OMNIA ab hominibus audimus. En quam propitios redit is nobis reges & principes. Quas non suspitiones illis oggeritis: parū abest, quin & seditionum causas in nos reiiciatis, eodem spiritu nos agitari testantes quo iliae belli ac tumultū faces. Arripite tandem & ipsi gladios, ut in nos irruatis, si hoc est Apostolicum, & lingue uestræ non sunt gladiis Bicipitibus magis acutæ, demitte tandem è cœlo & fulmina, si non conuitia uestra quouis trisilco Iouis telo magis sunt molesta: siquidem magistratus & angeli, uos clamantes non audiant & nondum persuasum habent, nos chaos spiritualiū, munidanarumq; rerum inuestigatos: confido autem mitissimum Christum, in tempore & principibus nostram innocenter reuelaturum, ut cognoscant quām iniuste talia nobis opprobrentur, uideantq; nos non esse ministros Satane, sed Christi: annunciatores, non somuorum, sed ueritatis.

Multis sœculis non est creditum corpus Christi esse in pane, & recte instituti in fide nunquam crediderunt, & quid inde malis subortum? imò qui mysteriorū uim recte nouerunt, & ipsi fœlicius uixerunt, & alijs ualde utiles esse studuerunt. Et quæ illa collatio, si prætexatur sincerus sacramentorum usus & quæ insanus ples

ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

bis furor ad insaniam suam honestandam proposuit? Nónne & uos multum laborastis in reformando sacra mentorum usu? Si igitur tum quis, uobis obiecisset clan destinas antiqui hostis technas, quas illis gratias habuissentis? Quid igitur nunc confertis armatos ferro latrones, cum inermi Euangeliō, soloque uerbo & crucis patientia pugnante? Dolet planè reuelatum Euangeliū Satan, & magis dolebit, etiam Basi impietatum suarum reiecta, quæ non est infirmissima ἐν τῷ τῷ πλαών κρεοψγίᾳ.

Nos sanè Christum non auferimus, neq; corpus eius phantasticum facimus, sed illud in cœlis ad dextram patris sedere confitemur, quæ eius maiestas infinites Dæmonibus magis horrenda est, quam illa in carne eius conficta præsentia: immo hanc amat, illam tremescit. Etiam Christus in cœlis noster est cum donis omnibus, prædicamus item I E S V M C R V C I F I X V M: Crucem autem. Crucem odit dæmon, per quam ei etus est. Non est quod hic nostro nomine solliciti sitis, uel nobis uel plebi, uidete autem quam non careat periculosa abominatione, facere ex sacramento rem ipsam, & ex figura corpus. Etenim dæmon imitari decum nititur, ut etiam ipse operetur aliquid egregium: ueritatem enim in mendacium commutat & ex figura corpus facit.

**48** S Y N. Nunc redimus unde digressi sumus. Marie inquis dicitur de Ioanne. Ecce filius tuus, nimirum curam eius gestare &c. En tibi ipsi respondeas, filius enim in hac

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

in hac locutione non in nativo sed translaticio significato intelligitur, siquidem filius est natura, filius est cura, filius est adoptione, est et filius doctrina. At Ioannes cum non sit uerus et naturalis Mariae filius, cura et obedi- entia filius eius erit. In hoc autem sermone, HOC EST CORPVS MEVM, non esse tale significatum translaticium, sequentia uerba indicant, cum dicitur, quod traditur pro uobis. Quemadmodum si et in hac locutione. Ecce filius tuus, adderetur, qui ex te natus est, proculdubio quod additur, ex te natus est, coges ret filium iam non pro filio curae, sed pro naturali filio intelligi, tale nihil dici potest de uerbo coenae, quod probe per sequentia, monitum est, ne corpus metaphorice aut translaticie adcipias.

ANTISYN. Bene est, quod non omnia exempla uobis exploduntur, ut de clauibus et sceptro, ne omnino frustra laborim. Sed quod exemplum de Ioanne, non congruere putatis satis premunitum, eò quod non sequatur, qui ex te genitus. At cōtentioso qui nullas circumstantias animaduerteret, nihil satis omissum uel additum foret. Quid autem si Christus pani dixisset, hic est filius qui ex te genitus? conuinceret ne adiecta particula, de naturali filio, quod sit ex pane genitus? quum manifestum sit filium non esse pane genitum, neque filium esse qui alterius speciei sit, nisi et crabrones equorum filios dicendos putetis. Hebraico fortassis tropo.

En non minora absurdia uos apprehendent, si

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

panem dicatis substantiale corpus, imò sexcenta inconuenientia hic dabitis, ubi in superiore exemplo uix unū & alterum.

Nec est per sequentia hic cautum, quo minus corpus figurate dicatur, imò sequentia docent ac cogunt, ut tropum admittamus. Nam dum dicitur, quod pro uobis datur uel frangitur, certum est, pani non posse conuenire, sed tantum corpori, proinde panis est figura corporis. Aut si residuus mansisset panis, illum crucifigi oportuisset, uerum hic non urgeo uos cum papistis. Non de ijs loquor qui propter hanc & similes causas, panis substantiam deesse dixerunt, sed de his qui hodie uobiscum consentiunt adesse panem, uolētes corpus esse domini, quandiu materia panis manet, quibus tamen, bene spero, quod non subscribatis.

**49** SYN Porro cū acutus sis in adserendis tropis, diligenter cauendū tibi fuisset, ne ibi tropum fingeres, ubi nequaquam licet. Nā tropū esse aīs, in ijs locutionibus, qui minor est, maior est illo, & qui non habet, etiam id quod habet, auferetur ab illo. Vide ne dum tropum adseras, non solum in scripturam iniurius sis, sed etiam in Christum pecces, si enim dum taxat minor adparuit, nec reuera minor fuit, mentitur Psal. s. dicens: Diminuisti eum paulo minus ab angelis, mentitur ipse, Deus meus, ut quid me dereliquisti: mentitur & Paulus Ephes. 4. De scendit in infinas partes terræ, quid ultra? Si Christus nō fuit reuera minor, sed minorem solum significauit, conseclat

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

confectaneum est, nec eum reuera maiorem esse, nec reuera ascendisse, sed maiorem dumtaxat significare, ex ascensionem eius non rem ueram, sed umbram solū suis-  
se. Siquidem ideo adscendit, quia descendit, ideo exalta-  
tus est, quia reuera humiliatus est, usq; ad crucis morte,  
Philip. 2. & Ephe. 4. Qui descendit, idem ille est qui a-  
scendit super omnes coelos ut omnia impleret, hoc illud  
est quod ante dicebamus, Satanam moliri, ut ex Christo  
phantasma, spectrum & signum faciat. Praeterea si con-  
tenderis Christum eo loco, non de crucis humiliatione  
& patris derelictione loqui, sed de hominum opinione,  
qua maior Ioannes, Christus uero minor aestimabatur, re-  
cte pro nostra sententia dixeris. Nam in regno cœlo-  
rum, hoc est, negocio Euangelico, duo tunc à vulgo cō-  
mendabantur, Ioannes & Christus. Ioannes obuite au-  
stritatem maior putabatur, Christus uero minor ob fa-  
miliaritatem, qua peccatoribus etiam conuiuabatur.  
Proinde si respexeris hominum opinionem, reuera mi-  
nor fuit, in hominum scilicet cordibus, si uero cum Io-  
anne contuleris, maximus fuit.

ANTISYN. Potuissetis & multa alia mitius inter-  
pretari, & succinctius rem proponere, nisi uel conten-  
dendo, uirium mearum gustum capere, uel ostentando  
eloquentie & eruditioonis specimen prestatre uoluisse-  
tis. Quid urgebat blasphemiam innocentis mihi obtexes-  
re, dum latere tropū contestor in his uerbis. Qui minor  
est, maior est illo: ubi nam dixi ego, quod Christus,

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

dumtaxat minor apparuit, ut tot scripturis ad me con-  
uincendū sit opus? Dixi enim breuiter minor apparuit,  
& exposui est minor, per apparet minor: & pergitis  
argumētando quasi dumtaxat apparuisse dixisse. Nec  
tamen interim negauit, quin summā abiectionem in se  
expertus sit per prophetam dicens. Ego autem uermis  
sum & opprobrium. Quo loco si tam honestum et san-  
ctum est rixari, facite & uermem ex Christo.

Ceterum postquam Achillicos humeros uidimus, fate=   
mini ipsi tropum, nisi non sit translatica locutio, si à di=   
cto ἀπλῶς ad dictum καὶ τι quid deducatur, qua=   
le est iuxta hominum opinionem esse talēm. In cordi=   
bus hominum reuera fuit minor argutis, minor fuerit,  
collatione autem cum Ioanne maximus. O dialecticen,  
in pariete uere pictus est Leo, ergo Leo proprie dicitur,  
Leo est pictus, non dissimilis est ex ista argumentatio, di=   
citur iuxta hominum existimationem apparuisse Chri=   
stus minor, igitur. Satan imponet hominibus, ut credant  
Christum fuisse phantasticum. Actum esset de regno sa=   
tanæ, nisi dolis subtilioribus esset instructus

SYN. Vides rursum nullū tropum hic admitti pos=   
se, & in Mattheo non habens, non dicitur quia figurā  
habeat, scilicet fidem. Est enim sensus, qui non habet  
(fidem) auferetur ab eo quod habet (hoc est, dona uel  
naturæ, uel alia) ei enim qui fidem non habuerit, nunç  
quām bene cedent dona uel munera Dei. Munus est,  
& donum, Episcopatus, iam qui sine fide Episcopatu  
adminis

IO ANN. OECOLAM. A VTHORE

administrarit, auferetur ab eo, hoc est, non proderit ei, non promouebit ad salutem. Dona enim nihil prosunt, magis autem obsunt, citra fidem possessa. An quia posset fides carnis sapientiam, citra spiritum fiduci, non uere sapiens erit carnaliter? Spiritu quidem non sapiens est, sapiens autem reuera carne est. Diversas quis possidet citra fidem, an dumtaxat figuram possidentis habebit? Bene igitur cum furibus ageretur, qui hac excusatione possent se a crucis supplicio tueri, si iuxta tropos uestrorum iudicii responderent, se non abstulisse numeros a uere possidentibus, sed ab ipsis solum, qui uidebantur possidere: sed quis non sua facinora per hos tropos et cor am mundo, et cor am Deo excusaret? Finge enim ciuem, cui latronis crimen obijcere, nonne si a lumniator iudicio sistatur, facile per tropum se excusaturus est, et expositurus latronem pro figura latro niss?

ANTIS. Et hanc obiectionem extorsit nimis phi lautia. Ita uerba mea sonant: Quomodo quis habet, quod non habet, nisi quod figuram gerit habentis a nomine aliquid tollitur, nisi quod habeat, dum igitur est non habens, quia aliquid ab eo tollitur, dicitur esse habens. Certe Lucas capite octavo, quod habet ita expedit, quod non uidetur, οὐδὲ μηχανὴ κούκλος ἔχεις, ἀρθίσται απὸ τοῦ. Ecce quod unus Euangeliista dicit, quod habet, posterior exponit, quod uidetur habere. Neque consequentia textus

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

approbat uestram expositionem. Nam de diligentia at-  
tendendi uerbū dei loquitur, eō qđ precedit, qui habet  
aures audiendi audiat. Sunt enim duplices auditores, pri-  
mi qui diligenter & attente auscultant & discere non  
erubescunt, his audiendo scientia augetur, ut sapiens di-  
cit. Audiens sapiens sapientior erit, & intelligens gu-  
bercula possidebit. Sunt auditores alij negligentes, quo-  
rum utilitas perit propter ipsorum incuriam, & tol-  
lunt ab eis semen uerbi, uolucres cœli.

Videtis boni uiri, etiam hic non defuisse, cuius candi-  
dum lectorem non oportebat pigere: ludere autem uos  
incipitis. Bene igitur cum furibus ageretur, qui hac ex-  
cusatione possent se à crucis supplicio tueri, si uarent nō  
abstulisse se nummos à uere possidentibus, sed figuram  
possidentium gerentibus.

51 SYN. Et nos contra iudicio diuino peccatores adcsa-  
ti tropū obuertemus, dicturi. Quid damnas nos? Non su-  
mus peccatores, sed formam dumtaxat peccatorum ha-  
bemus, igitur ô Christe, cur de cœlo descendisti? cur nos  
uel per Angelum quempiam nō docuisti tropū quo nos  
excusaremus? Certe tropus liberasset te à passione &  
morte tua, excusamus nos à peccatis, per mortem tuam  
amarissimā, sed dulcius certe tibi fuisset, si ita licaret,  
ut per tropum nos à iudicio dei vindicassemus. Non ludi-  
mus Oecolampadi ô nostre, sed gustum præbemus qua-  
lemcunq; futurarum interpretationum in scriptura, si  
ex corpore figuram corporis fieri permittamus.

ANTI.

## IOANN. OECOLAM. AVTHORE

ANTISYN. Luditis profecto, & perniciose ludit  
tis, dum Scematismo Rethorico, è celo deuocatis Chri-  
stum doctorem tropi, quo Christum à passione liberetis  
ut tropo saluemur. Age dixerunt & Prophetæ Christū  
in parabolis doctrinam, quod plus est, quàm tropum in  
uerbo admittere, quo difficile caret humanus sermo: si  
nullum tropum admettatis in scriptura, nihil sacris lite-  
ris erit uel nugatiu uel magis ridiculum. Sed admettatis  
ubi seruiunt: hic tergiuersamini & ridetis. Precor deū  
toto animo, ne uobis hoc in peccatum statuatur.

SYNG. Sed inquis. Est non infrequens ut figuræ  
rerum, uocabulis rerum denotentur: Hoc an omnino ue-  
rum sit, non est huius loci enarrare. Certe quæ tu de linz  
guis igneis & columba & halitu adfers, tuam thesin nō  
probant. Neq; enim spiritus sanctus, uel lingua ignea,  
corporalis dicitur, uel columba, nisi forte cum adiecta  
similitudinis particula, quemadmodum apud Hierem. uer-  
bum domini quasi ignis dicitur, & quasi malleus conte-  
rens petras, sic enim legitur.

הָלָא כִּי רַבְנֵי בָּאשׁ נָאשׁ יְהוָה וּבְפִטְרֵישׁ  
כִּי רַבְצֵץ סֶלֶע Matth. cap. 3. ἐπειδὴ τὸ πνεῦμα  
τοῦ θεοῦ καταβὰν ωσὲι περισερῷμ, scripture dis-  
cit spiritum dei descendisse tanquam columbam, nō ait,  
spiritum dei esse columbam, & Ioannis primo, τεθέα-  
μαι τὸ πνεῦμα, καταβὰν ωσὲι περισερῷμ ἐξ  
ουρανοῦ &c. uides dici, ωσὲι περισερῷμ, non autem,  
ἐναντὶ περισερῷμ. Quamq; tota hæc oratio iuxta fidem

52

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

rationem intelligenda est, longe alius est sensus in toto sermone, quam uerbis significatur: An spiritus ante non fuit in Christo? An Christus ante baptismum spiritu caruit? Absit ut haec de Christo naturali dei filio adseueremus. Quid igitur est quod dicitis, uidi spiritum dei descendenterem specie columbae de celo, et mansit super eum. Num spiritus descendit quod corporis est? Num columba mansit super Christum? Num eam humero, aut capite circumtulit quocunq; ierit? Itaq; cum dicitur spiritu dei descendisse, scriptura significat, spiritu non nouiter Christum adcessisse, aut de celis in ipsum lapsum esse, sed suam præsentiam, qua semper Christo præsentissimus fuit, externa columbae specie declarasse. Igitur additur ad columbam aduerbiū ὡσεὶ, quod ad coenæ uerbum non additur. Non dicitur, HOC EST TANQVAM CORPVS MEVM. neque dicitur. Corpus meum est tanquam panis, sed simpliciter. Hic panis est corpus meum. Legimus et Exo. 19. dominum descendisse, sed quid hoc aliud est, quam dominū qui ubiq; præsens est præsentiam suam tumultu, fumo, et igne declarasse? Idem Gene. undecimo. Descendit dominus ut uideret ciuitatem et turram. Num ante non præsens erat? Nonne omnia implet? Ex illo insquit Paulus, per illum, et in illum sunt omnia, quid igitur est, descendit? Præsens est dominus ubiq;, sed non ubiq; sua præsentia manifesta est. Proinde cum se externa aliqua specie præsentem declarat, dicitur pro nō stro lo-

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE.

stro loquendi modo, de cœlo descendere. Iam cum lingua  
was apud Babilonem confuderit, factō ipso hoc est, lingua  
guarum confusione, declarauit suam præsentiam, at nō  
dum dictum est, confusio linguarum est dominus.

ANTISYN. Non mea uerba, sed Augustini sunt,  
quod figuræ rerum uocabulis earundem rerum nomi-  
nantur, sed quia uera sunt, libenter ut mea agnoscam.  
Idem, & exempla quæ impugnatis attulit, nempe quod  
spiritus sanctus dicitur tanquam columba descendisse.

Duram mean sortem, non licebit mihi, eorum patru-  
dicta quæ hactenus in obseruatione fuerunt, simplici-  
ter citare, quum alijs non detur uitio, ethnicorum usos  
esse testimonij. Non enim oppono ea, ut expugnent sa-  
cras literas, sed nondum mihi tantum arrogo, quin ma-  
lim aliorum dicta, illorum, quam meo nomine proponi.  
Iam quum totam illam orationem iuxta fidei rationem  
intelligendam dicitis, & longe aliud sensum in toto ser-  
mone quam uerbis significari, quid igitur me longa  
sermocinatione premitis?

Sed spe etenim uerba, dum dicit, quasi columba. Accipio  
quasi columba pro una re, quæ non commode uno uer-  
bo reddi poterat, & illa quasi columba, erat spiritus,  
& descendebat, uel etiam poteritis referre, aduersum  
biuum ad uerbum descendere, sicut columba solet descen-  
dere. Et nihilominus quomodo cuncti appellaueritis hoc  
corporeum siue columbam, siue quasi columbam. Hic  
dicitur spiritus dei: Inquit enim uidi spiritum dei, &  
quid uidit oculis? nimirum corporale aliquid: spiritus

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

enim carnalibus oculis non uidetur. Quicquid igitur illud erat, indicium erat spiritus sancti, qui tamen sua natura, ut et uos satis diserte de patre docetis, corporeus non est. Quid igitur beati patris uerba uellicatis? Nonne et Act. 10. legimus. Adhuc loquente Petro uerba haec, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant uerbum? Vbi illuc legitim uestrum vocem? Nam exponit mox dicens quia et in gentes donum spiritus sancti effusum est.

Sed non quadrant dicitis ad uerba coena? At non dum a nobis accommodata erat. Certe si dixeris tu ergo spiritus est quasi columba est spiritus Dei, siicut implicat uerba Euangelistae, non abluderet. Ultra cogitate, quam male quadraret, si diceret in coena, hoc est tanquam corpus, sensus non foret. Hoc est figura vocis mortis, scilicet corporis, et proinde non esset uere figura. Neque tam euidenter esset sermo, ut dum unico uerbo dicitur. Troporum non natura est, ut euidentiorem reddant sermonem ac elegantiorum, teste Plutarcho. Videlicet boni uiri et haec iacula nullam uobis praedam referre?

**S Y N.** Et in actis uise sunt Apostolis dissectae linguae, uelut ignis, et sedit (ignis, uel lingua ignea) super singulos, nondum tamen dicitur, lingue igneae sunt spiritus sanctus. Similiter Ioan. 20. flauit in apostolos, et dicit eis: Accipite spiritum sanctum, non tamen dicit. Accipite, hic flatus est spiritus sanctus, quemadmodum in coena dicitur: Accipite (panem scilicet) HOC EST CORPVS

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

CORPVS MEVM. Iam uide ut constet disputatio uestra. Cum enim Christus inquit: Hoc facite in mei memoriā, colligere audetis, corpus Christi non esse præsens, propterea quod memoriam eius Christus fieri iusserit, memoria autem rerum est absentium, non præsentium. Hæc enim ratiocinatio uestra est. Sed qui fit ut nunc ad rationis confirmationem, signa non rerum absentium, ad præsentem ueluti auxiliares copias aduocatis? An obliiti estis signa esse absentium rerum signa, iuxta uestrum dogma, non præsentium? Columba, flatus, lingue igneæ, signa sunt spiritus, sed et spiritus præsens est, non absens. An et uos adfirmabitis in coena corpus Christi præsens esse, ut maxime pro uestra sententia, panis solum signum sit?

ANTISYN. Interrogo uos de linguis igneis, quid sint? signa uel non signa? Dicetis utiq; signa. Quid reliquum igitur, quam ut iuxta uestram Theologiam nouam et inauditam, sint spiritus sanctus? quia signa non minus annunciant quam uerba. Afferunt igitur alijs id quod annunciant, et quod annunciant habent, erunt ergo spiritus sanctus, uel saltem intra se habebunt. Verum absent in æternū, ut illis manifestarijs blasphemijjs subscribā, sed candide interpretabor linguā igneā esse spiritū sanctum, hoc est figurā spiritus, nec propterea labar in sermone. Sequitur .n. apud Euangelistā, et impleti sunt omnes spiritu sancto, et loquebantur uarijs linguis. Annunciationē scio non negatis, sed multis ut dicatur, hoc est spi-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

ritus sanctus. Quasi uero et tunc non inueniretis latibus  
la uestris, sicut de flatu statim elabendi uiam reperistis,  
eo quod dominus non dixerit inter afflandū, accipite hic  
flatu spiritus sanctus. Atq certū est spiritū per affla-  
tum esse designatū. Nam dum Christus inter afflandum  
his uerbis utitur. Accipite spiritū sanctū, quid aliud aie-  
bat, quām, Accipite hic est spiritus sanctus? Et si ita dixis-  
set in cœna: Accipite et edite Corpus meū, quid aliud  
fuisse quām dicere, Accipite et edite, hoc est Corpus  
meū? Imò illud erat multo magis proprie ad uestram sen-  
tentiam dictum. Videte nunc quomodo uestra constet  
conflicatio.

Porrò, quod monetis ut dictorum simus memores, sci-  
tote, nos non fuisse immemores et adhuc fatemur, quod  
dū dominus dixit HOC FACITE IN MEI ME-  
MORIAM, reliquit satis manifestā dictorū suorū ex-  
positionē, quæ omnibus non contentiosis sufficiet, nempe  
corpus hoc, et quicquid in illo ritu actū est, esse memo-  
riale quidē abituru prædicens, nūc uero abiisse cōmone  
faciens. Signorū sanē nomē generalius. Memoriale uero  
minus generale. Memoria .n. absentiu est, signū uero tā  
præsentia quām absentia ostendit. In cœna autē Chri-  
sto adhuc præsente, quian nondum opus obedientie cō-  
summasset, panis sacramentum erat, et initiabatur ut  
posthac ubi abiisset dominus cum corpore, monumentū  
foret. Nec ignoro et memoriā interdū rerū præsentium  
esse, sed ita præsentiu, quasi absentiu, sicut poëta dicit.

Nec

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Nec talia passus vñsses.

Oblitus ne sui est Ithacus discrimine tanto?

Quae nimirum tropica loquuntio est, quum absq; con-  
trouersia absentis memoriam nobis Lucas & Paulus com-  
mendent, ultra & in Columba, & flatu, & Anhelitu,  
non ita presentem fuisse spiritum sanctum, catholica senten-  
tia, quasi natura spiritus conuertibilis, temperabilis &  
comiscua sit, uel in una hypostasin unita. Certum est, spi-  
ritum sanctum ubiq; & propterea nec à linguis & colum-  
ba defuisse. At nō corpus ita inditum dicitis panū, sed sub-  
stantialiter panem. Testabantur nimirum columba in  
Christo & lingue in Apostolis, spiritum sanctum opera-  
turum & uerius in sancto habitaculo esse cordium, quam  
in elementis, in quibus per operationē & dona esse in-  
cipit citra omnium localē mutationem, ut ipsi nostis.

Iam & hunc sermonem faciamus missum, quid prop-  
terea decedet tropo uerbi de quo nunc tam prolixa  
disputatio. Porro quomodo corpus Christi præsens uel  
non præsens sit, audiuitis non semel, & si maxime ad-  
esset, non prædicaretur tamen de pane per substanciali  
uerbi copulam, in substanciali significatione.

S Y N. Non opinamur quemquā tam impie sentire, qui  
neget fidē sanguinē bibere, & carnem Christi edere. Sic  
enim ait Ioan. 6. Caro mea uere est cibus, & sanguis  
meus uere est potus, Cuiusque fidei, nam fides edit carnē  
Christi, & bibit sanguinem eius dum credit. Iam si fides  
edat carnem, & bibat sanguinem, consestaneum est,

## ANTIS YNGRAMMA AD SVEVO S

carnem & sanguinem fidei præsentia esse, siquidem si non essent præsentia, non possent edi, aut bibi, aut simus, credi. Quandoquidem deum ipsum edere, hoc est credere, nemo potest nisi cui deus fuerit præsens. Impiis absens est & infidelibus, proinde nec illi deum edunt, hoc est, non in deum credunt. Breuiter, fides ut habet deum præsentem si credat in deum, ita si credat, corpus & sanguinem bibat, hoc est, credat, habere oportet corpus & sanguinem præsentia.

ANTIS YN. Quia enauigastis, ex procelloso troporum pelago, nunc placidiori sermone benignius nos biscum agetis, spero. Verum ut gaudeo remitti feruorem, ita optarim sermonem magis perspicuum. Nam ut contentionei subtrahantur fomenta, nihil tam conducibile ut sermo non obscurus, qui & in hoc utilis erit, ne suspicionem demus quod aliud dicamus, & aliud dixisse uideri uolumus. Ecce ego ipse partim inuenio uos tanquam per omnia nobiscum sentientes, partim tamquam è diametro pugnantes. Nam si de fidei mandatione, hoc est, quo modo per fidem manducamus, loquimini, de qua mandatione apud Ioann. cap. 6. fit mentio: quid mihi iucundius? quid optatius? quid delicatius quam uobiscum conuiuari? Placet enim animæ meæ Christus meus, & tanto magis, quanto grauius se peccasse cognoscit. Verum ad has delicias tam nō est opus animæ meæ corporali præsentia carnis et sanguinis, quibus redempta, quam non est ipsa caro & sanguis. PRAESENS

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

SENS ILLI EST QVEM CHARITATE  
SECTATVR, ubi ubi est, charitate eum, siue ma=   
ultis, fide etiam fugientem tenet. At dum mihi cor=   
pus & sanguine in panē, in os et in uiscera sordida inge=   
ritis, nihil uobiscū habeo cōmune. Nō est .n.corporalis  
mādūcatiō, que igitur corporalis p̄sēntia que non est  
nisi propter manducatiōē? Clarius itaq; de p̄sēntia  
corporis et sanguinis p̄ uerbū edifferere oportebat. Ni<sup>t</sup>  
quid quoties credidero, illa etiam in loco alio erunt, q̄  
erant. Etenim ut ego absq; ambiguitate loquar, si talem  
facitis p̄sēntiam, qualem sua certitudine et v̄tros et  
p̄sēntiam omnium bonorum sibi pollicetur, habet ac  
gustat fidelis mens, nobis qui credimus p̄sēntissima  
sunt corpus & sanguis. P̄sēntissima inquam cordibus  
nostris, nihil enim ad panem & uinum illa p̄sēntia.  
Verum hec beatitudo nostra est, non in sola ccena. Ab  
sit, sed semper, siquidem uere fuerimus fideles sem=   
per.

S Y N G R A M. Quis autem fidei deum p̄sēn= 55  
tem facit (non enim de ea nunc p̄sēntia loquimur,  
qua deus omnia implet, sed qua pijs adest) nisi uerbum  
Nam ut uerbo manifestatur, ita uerbo p̄sens exhibe=   
tur: Ioannis. 1. Deum nemo uidit unquam, filius unige=   
nitus (qui est uerbum) ipse enarrauit nobis. Et alibi.  
Qui me uidet, uidet & patrem meum, hoc est: Qui uer=   
bum habet, adcipit, credit, deum habet, adcipit credit.  
Adeoq; sic comparatum est, ut fides in deum non dirigi

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

possit, nisi uerbo, quod est filius dei, neq; aliter deus si dei obuius est, quam per uerbum. Siquidem Dominus in nube in caligine habitat: Et ut ille ait, in luce in accessibili, ad quam nemo intret, & cum nemo intrat, nemo etiam exit, excepto solo filio, qui est uerbum, qui exit & intrat, ascendit, & descendit, præterea nullus. Ioannis 3. Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit ē cœlo filius hominis, qui est in cœlo. Ascendunt & pijs, sed in Christo, & per Christum, in uerbo & per uerbum. Porro cum uerbum deum cum omnibus suis bonis, fidei presentem offerat, cur uerbum non idem faceret in corpore & sanguine Christi? quando haec nostra sunt doña, & his ē mortis, peccati, inferni, adeoq; satanæ fauibus erepti simus.

ANTISY. Sic oportebat in ecclesia Dei uersari, nunc uide or mihi pristinos uidere amicos. Ita placide loqui non offenderet infirmos, nec inflaret aduersarios. Hinc mihi & necessitas etiam commuendi, si quid uelli- care possem. Vnicum hoc dissimulare non licet, quod cū de uerbo incunda ac plausibilia multa in medium affera- tis, non tamen acu, quod aiunt, causam tangitis. Relin- quitur enim confusio inter uerbum, quod in aërem di- citur, & inter uerbum, quod deus pater cordibus reue- lat. Vnde mentibus simplicioribus facile imponi pote- rit. Organum illud externum est inutile, nisi illud intus

se semini-

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Sese manifestet. Quibus enim enarravit unigenitus Dei filius? Profecto ijs, qui à patre tracti ad eum uenerunt. Quando enarravit? Numquid cum audirent docentem in templo, uel in litore, uel in synagoga? Non de eo sermone mentio est, sed quando aperuit se cordibus eorū, & quando aperuit sensum ut intelligerent. Mirabilem enim dei sapientiam animaduertere licet ac iustitiam, dum aliorum pedibus uerbum illud externum lucernat est, alijs interim ambulantibus in tenebris. Et hi qui dem inexcusabiles sunt, quia redarguisse cognoscunt, illi uero mirabile donum recipiunt. Quippe tantum discrimen est inter externi & interni uerbi doctrinam, quantum inter legem & gratiam. Tam procul autem abest, ut externa Lex intra se uitam habeat, ut etiam occidat & operetur iram, & tantum, ut per se illustrare nequit ut etiam ridicula fiat infirme carni. Vbi autem affulserit gratia, & INTERNVS DOCTOR mollescerit petram cordis, hominiq; innouato intellectum dederit, tunc utiliter & literè & uerba & externa quæuis signa admonent.

Diuersa dona fortiti sunt docti, & sapientes eadem legem, unde fit, ut maxime differere ualens de legge, minimus atque adeò nullus sit in regno cœlorum.

Sapiens autem qui uix decalogi uerba secum recensere ualeat, primatum puritate ac innocentia uitæ inter multos retinet, & cum exterritum

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

uerbum uel parcus, uel nullum receperit, inexpectatae doctrine fluenta, tanquam fons uiuus eructat. Ex ore enim inquit infantium & lacientium perfecisti laudem tuam, ut destruas inimicum & ultorem. Et que stulta sunt confundunt ea quae sapientia mundus iudicat, Scripsit deus inuisibilis illis elementis, & dein literis commendauit magnificentiam ex gloriam suam, misit prophetas suos quottidie, mane excitans illos. Et quid agebant illi? Quid proficiebant labore suo? Plerique auditorum deteriores & impudentiores euadebant. Non pauci latenti hypocrisi aliorum impudentiam pensabant. Quod si uerbum aeternum externo iunctu fuisset, quem non attulisset fructum? Quod Paulus bene agnoscens inquit: Ego plantavi Apollo rigauit, incrementum autem dedit deus. Itaque qui plantat non est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus.

Non est, ut eludatis more solito, Lex qua Lex est, non habet uerbum, ut sic operetur, sancta interim & perfecta. Est tamen in lege uerbum uiuiscans, & in litera spiritus occultus, sicut sub cortice medulla. Hac enim uia suspicor quosdam e uobis obuiaturos. Scio enim, quod non estis ex aequo omnes docti. Absit autem ut spiritum ociosum dicam, & carni iunctum non uiuiscare. Operatur sanè ubi uult, et quando uult, & uel signi, uel characteris, uel uerbi, uel nullo utitur organo. Nutu enim Dei sunt omnia, in sua sede manentis, & signis dantis, ut significant & quando ei uisum est, cordibus conceudentis

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

dentis ut signa intelligent. Impium autem fuerit ponere  
νωσάστειο εωλώστειο id quod planè faciemus, si re-  
bus quæ significant, præter id quod natura sunt, et sig-  
nificationem, aliquid tribuimus.

Iam quod ascendunt pīj in uerbo & per uerbu. Re-  
etc. Christus enim uia est, & corpus suum non derelin-  
quet in pulucre. Verum non ea externi uerbi dignitas  
est, tametsi cius ministerio nos uocet ac admoneat. Ad  
hærendum dicitis uerbo. Mihi autem inquit propheta:  
adhærere domino bonum est & in domino ponere spem  
meam. Ostendit mibi per uerbum externū, uoluntatem  
suam dominus, & magis admonet, quam docet & fun-  
gitur officio suo uerbu externū breui momēto temporis.  
Dominus uero noua operatione pulsat cor & testatur  
in apertione cordis. Quem tactū cordis non tribuo uer-  
bo externo, sed si omnino id organo cuiquam ascriben-  
dū, mallem angelicis spiritibus, qui ministri sunt idonei  
in hac re, ad reuelandū, ad deterrendū, ad exhortandū  
adscribi. Sunt enī hiij omnes administratorij spiritus. Ab  
sit autem, ne reuelanti angelo hunc honorem tribuam,  
cū detimento glorie dei, ut eū prædicem, externo uer-  
bo unitam. Nam si crederem, credendo Idololatra fie-  
rem. Utinā intelligeremus quid sit quod Dominus dicit:  
VNICVS MAGISTER VESTER EST IN  
COELIS.

Porro ubi cor nouo dono dei uerbum intellexerit,  
hijs, qui filii sunt, Deus, qui ueritas est & lux se ostendit.

## ANTIS YNGRAMMA AD SVEVOS

dit, & uenit sponsus, cuius laudes Paranympbus cecine  
rat. Ipse se offert non uerbum, uel angelus hoc est, neq;  
caro, neq; sanguis. Ipse annunciatuſ, non exhibitus per  
uerbum. Quod refrigerium animæ, ut externis uerbis  
credam, fiducia inipsum est, qui uerbis suis uoluntatem  
suā aperuit. Itaq; externū uerbi organum est Deus ubi  
dederit intellectum signi ex se concredit.

Iam cū subditis, quir uerbum, nō idem faceret in cor  
pore et sanguine Christi? Idem agit uerbum externum,  
quod et antea, hoc est, significabit. Neq; enim illi aliud  
à deo donatum Igitur externum uerbi, uel hominis, uel  
angeli, corpus Christi òv̄ḡas m̄w̄ḡ, nec in se recipiet,  
nec altari dabit. Ultra si de uerbo ac imperio dei rem de  
ducere uolueritis, necessarium erit uobis probare, quod  
deus uoluerit, & iussit, id quod nunquam poteritis.

56

S Y N. Ioannes ait, Epistola 1. cap. 1. Sanguis Iesu  
Christi mundat nos ab omni peccato. Si igitur sanguis  
nos emundat, oportet sanguinem nobis presentem esse,  
siquidem res absens non emundat. At sanguis Christi for  
te cōculatus est, aut à terra imbibitus, neq; fieri potest,  
ut usq; ad nos durarit. Nihilominus, si emundari interim  
uoluerimus, per sanguinem emundari nos oportet.  
Quid autem nobis sanguinem adferat nisi uerbum, non  
uidemus. Fides, inquis, sanguinem offert nobis. Sed un  
de fides sanguinem adcipit, nisi à uerbo? Fides enim  
non est fides, nisi in uerbum directa sit. Verbum fidei  
objeclum est, uerbum fidei offert, quicquid accipit, aut  
credit.

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE.

credit. Atq; adeo quæcunque dona dei, uel nobis adempta, uel oculis nostris abscondita & longe posita fuerint, uerbo restituuntur, reuelantur, & ob oculos nostros ponuntur.

ANTISYN. Quid est quod Ioannes dicit: Sanguinem Christi emundasse nos ab omni peccato? An non doceri uoluit Euangelium illud incundissimum, fœdus per sanguinem adeo sanctum, ut credentibus plena contingat peccatorum remissio?

Et quia remissæ mihi sunt iniquitates, nonne diuinum munere sanguis Christi meus est? Et licet non corporaliter præsens, efficacia tamen præsens est, eaq; præsentia purificator ac uiuficator. Emundauit enim me cum puer essem & nondum audijssem uerbum, neque cognouissem, & me puer meus erat sanguis, addo meus erat, cum nondum essem & futurus eram peccator. Meus, inquam, erat, quia patrem mihi reconciliarat, & meus non erat, quia meum esse nondum credebam, uel credere poteram: nunc meus est, quia meum esse, & pro me effusum esse (patri reuelanti sit gloria) firmissime credo.

Res absens, dicitis, non emundat. Ita ne de sanguine loquemur. Quid est precor emundare? Nonne peccata nostra non amplius reminisci patrem offensum? Annon in cruce reconciliatus est pater? Annon agnus dei tunc peccata mundi abstulit? quid igitur

## ANTIS YNGRAMMA AD SVEVOS.

mibi illa præsentia oggeritur? Etenim quibus pater de-  
dit fidem, illis dedit et sanguinem, illos et emundauit.  
Neq; enim penitet, quod fides adfert nobis sanguinem:  
Spiritua = sed non diximus corporaliter præsentem. Neq; enim fi-  
lis homo es hoc petit: imo si uera est, petere non poterit. Conten-  
ta enim fiducia sua in deum patrem reconciliatum, scit  
et sanguinem suum.

Et unde obiicitis, sanguinem habet, quam à uerbo?  
Neq; enim fides, nisi in uerbum directa sit, uerbum fidei  
obieclum est. Respondeo. Verbi externi officium esse  
annunciare et admonere. Fides autem, hoc est, fidelis nō  
tam in uerbum respicit, quam in eum, quem annunciat.  
Veritas enim fidei obieclum est. Quæ enim fides, si cre-  
dam uerbum esse uerbum: ueritatem contemplari gau-  
det animus fidelis quam uerbum annunciat, et licet an-  
nunciet, et annuntiatio modo offerat, nondum tamen  
apparet uerum esse uerbum, nisi ueritas ipsa se manife-  
stet. Ministrat itaq; externum uerbum. Reuelat autem  
PATER. qui est in cœlis, atq; is dat per spiritum suū,  
ut conspicua sit lux, cui adhaeremus, iam non à litera  
pendentes, sed cum Samaritanis dicentes. Iam non prop-  
ter tuam orationem credimus, ipsi enim audiuiimus, et  
scimus quod hic est uere seruator mundi. At interim me-  
mores humanæ fragilitatis, non renunciamus in uniuers-  
sum externo uerbo, ne fortassis cadamus, dum uidemur  
nobis stare. Nondum enim ita nos firmauit deus ut labi  
et dormitare nequeamus et admonitionum stimulis nō  
egcamus

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

egeamus, quemadmodū & adolescentilis uirgūculis flo  
racei ferti symbolo, castitas commendatur. Nunquid er  
go ubi didicerint quanta uiginitatis Laus, fertū mox ab  
ijsere iubentur: & non magis attenta parum fida memo  
ria, intentionibus in custodie indicium seruandum cen  
setur? Proinde sicut uerbo externo deus nos docet, ita  
conseruat, ita amissa restituit, ita & cetera que com  
moratis operatur, Est .n. organū quo admonemur, qua  
laude uerbum externū abunde satis cohonestatum erit,  
& si quid ultra adieceritis, scitote ueritatis fore peri  
culum.

Porrò. Quoniam hic video multorum, & uestri er  
roris, reor, stirpem radicatam, operæ preium fuerit  
proferre uberioris de uerbo externo internoq; quid apud  
ecclesiasticos doctores olim obseruarim. Sed id primū  
adeo miror, quid tam crasse superstitioni dederit occa  
sionem, ut in erroribus alijs indignam admirationem ar  
bitrer. An quia leatum est apud Hieronymū, admirabi  
lem quandam & latentem uiue uocis energiam? Cele  
breq; est dictum Aeschinis de Demosthene. Quid si ip  
sam audissetis bestiam sua uerba sonantem: ideo effica  
tia uerbo in est? Scio uos non ita addictos Hieronymo,  
neq; illum quem non contemnit tam sinistre interpre  
tari: scire tamen uelim ab his qui sic somniant, quam  
illam putent energiam, nūquid ut in animam operetur  
alio quam significandi modo? Minime, Rationalis .n.  
est, & tñ mox nobilitata, corporalem uim non patia

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

tur, licet in ergasculo corporis humiliata, doctore opus habeat, & interpretibus sensibus, uerbis ac signis admonetur. Sane pro nativo ingenio, in his quæ carnis sunt, minus est stupida, in his aut quæ dei planè mortuæ. & nisi regeneretur uel erudiatur per æternū uerbum INTVS DOCENS ac operans, frustra circu aures strepit uerbi foris significans: ad dei imaginem conditum sumus, sed in primo Adam statim torpescere incepimus, unde & calcaribus & stimulis opus habemus, ut quæ nostræ sint uires experiamur, uerbum itaq; & crux pro stimulo cessantibus adhibentur.

Sicut igitur equi ignavi flagellis uel stimulis concitatur, ita & nos uerbis & aduersitatibus erudimur. Iam nemo est qui calcari uim curendi tribuat. Porrò uerbi domini etiam igni cōparatur, tanta uehementia urget, & si urgenti nō pareatur adurit. Vnde & prophetarū ignea uerba fuerunt, & spiritus sanctus propter hoc officium, in igneis linguis, demonstrari uoluit, & hæc ueri bi externi laus est sirecte introspiciatur, que profecto magna & nō solū nobis nō cōtemnenda, sed necessaria, quandoquidem ita languescimus et somniculosi sumus. Verbis igitur & signis damus ut significant, & significando admoneant, ac præterea nihil, id quod commonestramus deo propitio, ne cui fortassis hiyperbolici sermones imponant, quo minus expendat nobis unicum Magistrum esse in cœlis, & plures Doctores externos prædicet.

Igitur

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Igitur uerbum externum, licet significet, non est tam  
men doctoris loco, tantum abest ut fidei sit obiectum,  
ut sanguinem nobis offerat, ut pacem, ut remissionem  
peccatorum, ut iuctum & amictum subministret.

Addo, licet significet, non tamen certo iudicare facit  
pronunciantū animos. In hoc autem data sunt nobis  
uerba & signa tantum, ad admonendum, ut res que= =  
ramus & non ut cognoscamus, queramus, inquit, in= =  
tra nos & ibi discamus.

Verbis etenim nihil discimus preter uerba. Imo  
sonitus & strepitus uerborum. Nam nisi antea res  
cognoscamus, quomodo uerba cognoscemus, que re= =  
rum signa sunt? Profecto nisi antea cognoscas, ho= =  
ras bonas audiendo male collocabis. Quid igitur  
adferet gloriosum illud externum uerbum? Quid  
docebit aut quomodo erit uerbum, quod nondum  
est signum? Nam quamvis audiam uerbum, & ne= =  
sciero quid significet, nihil distabit à strepitu, atque  
propterea non erit uerbum.

Admirantur fortasse quidam quod dicam, sed  
dicant num uerba que discunt, noscant, uel non  
noscant? Si noscant antea, non iam docentur nec  
discunt, quia cognoscunt, sed admonentur tantum:  
Si non noscant, quomodo noscere poterunt aliter  
quam uerborum significatione?

Iam quomodo uerborū significatio obuenit? Nunquid

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

quia uocis auditur pronunciatio? Minime, sed quia res significata cognoscitur. Itaq; scientes nos commemorare rectius dixerimus, quam discere . Nescientes uero, non cōmemorabimus, quod ignorabatur, sed ut queramus, admonemur ut commemoremus.

Cæterum hæc dicta sunt, non solum de rebus, quæ sensu, sed & de ijs quæ mente percipiuntur. Nusquam n. magisterij cathedralm uerbo externo concedemus. Est autem insensibilibus & intelligibilibus uaria descendit ratio. Nam sensibus utimur, eosq; ut interpretes requiriuntur in ijs quæ per corpus sentimus, qualia sunt elemēta huius mūdi, & corpora corporūq; affectiones. De coloribus uero lucem in cōsiliariam adhibemus, at in ijs quæ intelligimus, internam ueritatem cōsulimus. Christus autem ueritas est, & incommutabilis illa dei ac sempiterna sapientia, interiorem hominem inhabitans. Hanc omnis rationalis anima iure pro doctore habet, ac magistro. Porro hac ratione fiunt homines prudentiores, ubi ergo uerbi externi gloria? non despiciimus illud, sed exhortamur ne quis sentiat id esse supra id quod est.

Igitur manifestum satis opinor, quod nemo nos docere dicitur, nisi ea quæ nos non cernimus uel non cognoscimus. Ecce tam in sensibilibus, frustra audimus loquentes, nisi et nos cernamus quam in intelligibilibus, nisi qd' utille est credere quandiu ignorantur, Qui autē intus certnit, ille est ueritatis discipulus, foris iudex sermonū, & plerumq; melius sentit ijs qui magistrorum sibi titulos adrogant,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

adrogane, nam illi semetipsum s<sup>e</sup>p<sup>e</sup>n numero non intelligunt. De sensibilibus facile rem probabimus, nam uel illa sensu apprehendimus, uidemus, audimus, odoramus, gustamus uel palpamus, quid ad h<sup>e</sup>c docenda opus doctore extraneo, quum domesticum alamus? Sin apprehendere sensum nequeam, tamdiu manebo indocilis, do nec mihi ipsi doctor ero. Opinari enim uel dubitare, uel sponte credere, uel negare, arguent nondum edocum. Exempli gratia: Ostenditur corius in arbore remotiuscula, quero. In qua parte arboris sedeat, et respondet monstrans: ad dexteram. Ego quum ipse nō uidam, credo fortassis uerbis uerum. Fieri potest non credam, sed ludi me dicam. Nequaquam igitur edocitus ero nisi et ipse uidam, et rebus atque sensibus discam ( et obseruate quo sermo tendat ut ne tribuatis uerbo, quod doceat nos credere ) Eadem enim uerba sonant, siue uidam, siue non uidam. Quid autem de his quae sensu apprehenduntur, et nunc non sunt presto sed ea olim sensimur? Hic iterum uincimus, nam qui de talibus loquitur, iam non de rebus ipsis sed de phantasmatis in memoria reconditis loquitur. At sic discendo, non discitur per uerba loquentis. Sed per imagines et phantasmatu<sup>m</sup> quae intra se tenet homo, quod si nullus sensus adiuisset olim, iterum non diceremur cognoscere, ac discere sed credere, uerum eadem essent uerba, que et si sensus adiuisset. Quae igitur uis in uerbis?

Denique in spiritualibus sic colliguntur. Nam si de his

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

loquimur quæ mente contuemur, ea loquimur quæ in interna luce ueritatis, presentanea conspicimus. Iam si auditor & ipse tali simplici oculo uidet quod dicit, non uit non uerbis meis sed sua contemplatione, atq; ita ueritati cognitæ, & doctori Christo adhæret. Non ausim arrogare mihi, quod uera docendo, doceam alium eadem uera similiter intuentem. Habet enim auditor alium doctorem, nempe eum qui me docuit, deum scilicet rem intus manifestantē: falluntur hic homines non parū, dum eos qui nō sunt, magistros uocant, quia inter tempus loquutionis & cognitionis nulla mora interponitur, & quoniā admonitionē sermocinantis cito intus discunt, foris se ab eo qui admonuit, didicisse putant.

At dicitis. Fallimur autem nos non raro ab interna ueritate. Respondeo, id non fieri uitio consultæ ueritatis. Nam etiam si oculi corporei decipientur, non id nisi luci externe adscribitur. Quis sit autem, inquit quispiam, quod rogati, num sciamus, negemus nos scire, & postea alijs interrogationibus ad fatendum quod sciamus, compellimur? Nōnne in ipsis interrogationibus uerbum externum docet? Nōnne hoc habemus à uerbo? Quin nec hoc tribuimus uerbo, hæc est enim imbecillitas cerneris, qui de re tota illam lucem consulere non potest, admonetur igitur ut partibus faueat, ut quum de ipsis partibus interrogatur, quibus illa summa constat, quam totam cernere simul non ualebat. Porrò dum uerbis perducitur eius qui interrogat, nō tamen docentibus

uerbis,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

uerbis, sed admortentibus, & eo modo inquirentibus,  
quomodo ille à quo queritur intus est maxime idoneus  
ad descendū. Doceatur autē res accōmodo exemplo. Ne  
gabit quis uerbis nihil posse doceri, ut facile adducor eti  
am ex uobis quosdam negatiros, qui rem nō totam ex/  
pendent. Quero ergo per questioes supra positas de  
sensibilibus quæ adsunt, et quæ nō adsunt, & postea de  
intelligibilibus, & tunc proposita particulatim, nō po  
teritis negare. Et si subiçere dignaremī, quod à me dī  
dicissetis, & sic iterū stare uerbi externi gloriam. Urge  
bo si dicam hominē uolare tam certū, ac si dicerē sapien  
tes stultis meliores. Negaretis illud uos credituros, uel ig  
norare si credatis, sed hoc certissime scire. Et sic uestro  
sermone proderemini nō deesse domesticū doctore. Itaq;  
ruet ille ter æneus murus uester, qd' ab externo uerbo  
sanguinē nobis offerri dicere audetis, & illud obiectū fī  
dei ponatis. Nec me latet quantā farraginē scripturarū  
hic cōgerere possetis, at nihil praeualebitis, nisi nō con  
stet, qd' sit unicus magister noster in coelis, huic in corde  
reuelanti si credamus, & adhæserimus, saluabimur.

S Y N. Percurremus aliquot donorum genera, que  
nobis uerbo adferuntur, & mox manifestum erit, quo=  
modo pane ad quem uerbum adcedit, corpus & sangu  
inem Christi, eximia & nunquam satis laudata dona,  
adcipiamus. Vixtus & amictus, dona dei sunt, sed quis  
hæc dona nobis adfert? quis hæc dei dona nobis propria  
facit? Habes uerbum Matth. 6. Pater uestit, pater nutrit;

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

hoc uerbo effundit se deus in sinum nostrum, hoc uerbo adfertur nobis cibus & amictus. Videntur quidem Coqui cibis nos sarcire, et sanctores tunicis nos induere, sed fidei oculis in hoc uerbum aciem suam intendens, facile intelligit, unde & cibus & uestitus adlata sunt. Habent & impij cibum & uestitum, sed non ut donum dei, propterea quod uerbo careant, aut si maxime uerbum habent, fide tamen non adripiunt, habent enim beneficia dei hanc rationem, ut ex uerbo asperguntur, non à specie externa, quemadmodū inter homines beneficia ab animo donantis, non à specie doni iudicantur. Nam & Aratexerxi Persarum regi haustus aquae ab homine & ut ἦ  
γε Ηλίδιώτη, ambabus manibus, cum aliud uas non haberet porrectus nectar fuit, τῇ προδυμιᾷ τοῦ διδόντος, ou τῇ γείᾳ τοῦ Διδού εν τῷ χάριψ μετέπεσεν, ita & beneficia dei, tūc uere beneficia sunt, nobis commoda, tunc uere ingentia sunt, cum uerbum habent & fide adcipiantur, Vnde terra Chanaan regnum Israëlis præ omnibus alijs, & terris & regnis cōmendabatur, non quod Chanaan soli fertilitate uberior fuit, aut quod regnum Israëlis quantum ad externam speciem adtinet, alia regna maiestate, & potentia superaret. Maius enim fuit, & Babilonicum, & Græcum, & Romanum, sed quia uerbum habuit. Proinde, si ad terram & regnum Israëlis alia conferas, specie sua longe omnium minima ferè sunt. Quanta enim portio terræ Chanaan? quanta amplitudo, si conferas cū Babylonis aut

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

aut Romanis, fuit regni Davidis? sed si conferas ad alia  
VERBO, longe omnium maxima sunt, VERBVM  
enim e cuius dono, et terram et regnum Iudei adcepere  
vant uoluntatem benevolentem, et amicum animum  
donantis dei, declarauit. Ab animo autem pendet dono  
rum estimatio non a specie doni, quorsum haec? ut ui-  
deas dona dei, nunc ferè dona nobis fieri, si uerbum  
adcesserit.

ANTISYN. Quām uellem haec exempla iuxta spi-  
ritum dei tractaret aliis, ne inuidiam inuidiae adderem,  
sed in medio cursu progrediendum. Dominus doceat lo-  
qui ad sui nominis gloriam, Amen.

Quantum ex opinione uestra de pane coenæ licet con-  
iectare, neq; de donis illis sane sapitis. Includitis enim  
corpus Christi in pane, ut distribui possit tanquam do-  
num: Ita nimirum et externis illis uerbis largitionem  
uictus terre, pacis, et remissionis. Profertis quidem  
testimonia scripture quod pater promiserit. Sed quod  
uerbis inclus erit ullum donum, ne syllaba quidem com-  
probastis. Antea probauimus, quod no poterint nos do-  
cere uerba externa, quomodo igitur tanta dona adse-  
rent? Dicit enim A postolus, qui indiget sapientia po-  
stulet a deo: Non dicit a uerbo externo; Luc. ii. Si uos  
qui sitis mali, nostis bona dona dare filiis uestris, quanto  
magis pater uester coelestis dabit spiritum sanctum po-  
scientibus se? Dicit patrem daturum, et non uerbum  
illud externum. Si a uerbi tanta dona suscipimus, in-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

grati sumus, si nō ea iustis laudibus prosequimur. Iubes ergo: dicet mihi quis: non credere? Annon hoc consilium Satanæ? Imò hoc unum uolo, ut credamus interno doctori, externo uerbo extimulati. Neque enim, literæ ac syllabæ eam dignitatem merentur, ut præter admonitionē illis tribuatur sublimius quiddam. Quamuis enim scriptura multis in locis uerbū & alijs laudibus honestet, requirit tamen res ipsa & gloria interni doctoris, ut unus ille sit magister. Erat Paulus Doctor Gentium in uerbo & ueritate. Sed de eo dicit Dominus Ananias, quod portet uerbum eius coram gentibus & regibus:

Ecce doctor tantus organum est, sed ut ferat nomen prædicando & admonendo. Verum dominus erat, qui incrementū dabat. Ezechiae. 44. legimus de sacerdotibus quod populu doctori sint, quid sit inter sanctum & pollutum, uerum mox subiicitur, & inter mundum & immundum ostendet eis. Deutero. 24. Facies quæcunq; docuerint te sacerdotes generis Leuitici. Verum uideamus quid de Domino ipso Esaias cap. 5. Dominator dominus dedit mihi linguā doctorū, ut sciam tempestiue loqui cum lasso uerbū: excitabit mane, mane excitabit mihi aures. Et Malachie. 2. Excindet dominus uiro qui hoc fecit excitatorem & respondentem. i. magistrum ac discipulum. Vbi ~~v~~ uocat Magistrum ab excitan=di munere. Ecclesiastici. 12. Verba sapientum sicut stimuli: porrò quod alibi hincinde id quod interni uerbi est, externo tribuitur, candide interpretandum fuerit.

Nam

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE.

Nam si in libero arbitrio, quod uocant, reperimus saepe  
organis tribui, quod solius dei est, ita confirmantibus  
scripturis, quorū non idem in eadem gloria dei vindican-  
da, similiter uerbo domini adiuti audebimus? Et ne ite-  
rum nouum instituamus tragediam, quod si & in uer-  
bis uestris eam expositionem admittitis, equidem uos  
non impugnarim. Nam uerbis extimulamur: ut dona  
dei cognoscamus, INTERNVS DOCTOR  
facit. Nam dum dominus dicit. Querite primum regnum  
dei & iusticiam eius, & hec omnia adiicientur uobis.  
Nunquid ita hunc uersum honestauit, ut per illum no-  
bis dispensem, siquidem uerbis inclusa sint? Quid mon-  
strosius diceretur? Sed admonet nos ut internam uerita-  
tem consulamus, quam ubi consuluerimus, docebimur  
ab ea: Si non ipso eodem momento, quo uerba dicuntur,  
docebimur eam esse iusticiam dei optimi qui sibi scrui-  
entes, omnibus bonis prosequatur. Neque enim esset op-  
timus, qui suos non tueretur & iuuaret. Cæterum ubi  
ille arcarius doctor id nobis reuelarit, ac ostenderit, ca-  
uendum modis omnibus ne ab ea luce in tenebras nos  
recipiamus, sed audiamus docentem, atque sic cre-  
damus ne dubitemus obuentura nobis, que sic promis-  
sa sunt.

Multis saeculis caruerūt patres libris. Et uerba hæc ex-  
terna fortassis nō audierūt, et nihil minus eadem habu-  
erūt dona. Qui igitur ab interno uerbo edociti, cognos-  
cunt quantis pre alijs à deo donis locupletati sint.

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

Quid autem est fide ad ripere uerbum quam intrase cog  
noscere, ita se habere ut foris admonentur? Igitur dum  
foris extimulamur, & auris, ut aiunt, uellicatur, a do=   
mestico præceptore erudimur, dumq; ille erudit, uera fi=   
des oritur: ubi autem negligitur ille, mille modis falli=   
mur existimantes nos credere externo uerbo, quum ni=   
hil minus faciamus.

Postremo, De terra Chanaam non contendeo, quo no=   
mine beatior fuerit habita. Mihi adridet quod psaltes  
ait. Dilexit dominus montem sanctificationis sue, & iter=   
rum: Notus in Iudea Deus, quandoquidem illic unius  
dei cultus erat, toto mundo interim Idolatria presso,  
& inde lex spiritus proditura erat. Beatior erat Regio  
ubi quærebatur regnum dei ac iusticia eius, nam cate=   
ra omnia affatim administrabantur. Sicut et maledictio  
ni fuit obnoxia, ubi populus umius Dei cultum relinquit.

58

S Y N. Iam & P A X dei donum est, per Christum  
nobis impetratum, iustificati enim ex fide, pacem habe=   
mus ad deum, & per dominum nostrum Iesum Christum.  
Sed quomodo nobis hoc donum ob oculos ponitur? quo=   
modo præsens fit? nonne per uerbum? quod? P A X  
HVIC DOMVI, VEL PAX VOBIS, uel PA=   
CEM MEAM DO VOBIS, si quis hoc uerbum  
adripuerit fide, pacem adripit. Huc adcedit & aliud do=   
num, Remissio peccatorum a patre per Iesum Christum  
impetrata est. Sed quid est illud quod nobis hoc donum  
præsens faciat & fidei obijciat? nonne uerbum Aposto=   
lorum

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

lorum. Sic enim est Matth. 16. Dabo tibi Claves regni cœlorum, quodcunq; solueris super terram, erit solus tum & in cœlis. Nam hæc non ad Petrum solum dicta sunt, sed ad uniuersam Apostolorum cohortem, quoru Petrus os confessionis erat. Est autem sensus, Comittam uobis, me Christum filium Dei confitentib. uerbum Euangeli, quod spiritu confirmatum regni cœlorum, clavis est, ut per uniuersum orbem peccatorum remissio nem spargatis, quam promissionem post exequitur Ioan. 20. Accipite spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Quod ante dixit, Dabo. Nunc ait: Accipite, quod ante dixit, Claves. Nunc ait: Spiritum sanctum. Nam spiritus sanctus, uerbi sigillum & arrabo est, quo uerbo & remittuntur, & retinentur peccata, quod enim hoc loco, remitti peccata dicitur in Luca est, prædicari sub nomine Christi, poenitentiam & remissionem peccatorum. Et in Marco, prædicari Euangelion omni creature. Itaq; Apostoli uerbo suo remissionem spargebant in populum, & uere credentibus peccata remittebant. Quo? nunquid sua potestate? Absit: Christus enim solus peccata remittit: Sed uerbo Christi, id quod Christi erat, in populum uulgabant, Christum interim relinquentes sedere ad dexterā patris, nec quicquam ei uel detrahentes uel auferentes.

ANTISYN. Si tam diligentes interni uerbi essetis Encomiastæ, quæm impense externum ornatis, facilius inter nos conueniretur, uerum dum hoc supra mo-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

dum effertis, illi interim derogatis. Nam si ita intra me lo-  
quatur dominus, & audiam, non dubito quin pacem lo-  
guturus sit. Cæterū ut clandestinam promissionem nō au-  
diamus facit ignavia nostra, ut opus sit uerbis exteriori-  
bus excitari. Qui igitur nō uult admoneri, & admit-  
tere stimulos uerborū, ut à sordibus exurgat, quium na-  
tura sua ignavus sit, nonne dignus est qui sordescat ad-  
huc, et nec intus erudiatur? Neq; simpliciter qui hoc uer-  
bū. Pax uobis, arripit fide, pacē arripit, nam fides nō est  
in hoc uerbo, adcedat oportet etiam internus Doctor,  
& si illius uerbi fides arripiatur, neutiq; auolabit pax.  
Similiter de remissione peccatorum responderim. Nam  
quot Myriades animarum misere decperunt seipſas, co-  
tentæ quod externum uerbū audissent, nondū sublimiore  
oraculo auditio, sicut ferè nemo non in confessione: quam  
uocant clanculariam, docebatur. Qua nimurum doctrina  
na crescebat authoritas hominum, at Christi non item.

Spargebant dicitis, remissionem in populum. Crassa  
profecto loquutio est, nisi intelligatis remissionem, id est,  
prædicacionē remissionis peccatorum. Vbi scriptura tā  
clare interpretatur, quid opus est huiusmodi tropo? quasi  
scilicet uerbis præter significationē diuinus quiddā in-  
ſitu esset, receptaculaq; donorū forent. Cæterū de claui-  
bus facile uobiscū sentio, etenim siquidē tam fortiter ſti-  
muli uerborū nobis adacti fuerint, ut prioris Adæ pige-  
at, & Christus placere incipiatur, quod potenter docent,  
etia dicuntur, spiritus sanctus enim hostiarius est,

¶ is

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

**E**ccl qui soluit, Apostoli uero soluunt & ligant, sicut Hieremias euellebat, extirpabat, perdebat ac dissipabat regna, qui tamen solo uerbo ministrabat, calamitatem illam deo interim per uasa iræ procurante.

**S Y N.** Quid igitur uetaret, cur idē nō fieret in corpore et sanguine Christi, qd' in remissione peccatorū? Nam ut remissio peccatorū solius Christi est, sed cētis ad dextrā patris, sed tamē uerbo cōmendata est, ut in orbē per Apostolos uocali uoce, et externa spargeretur, ita corpus et sanguis solius Christi sunt ad dextrā patris sedentis, sed interi uerbo, HOC EST CORPVS MEVVM, HIC EST SANGVIS MEVS cōmendata sunt, ut panē et iūno rebus externis, distribuerentur. Nā si remissio peccatorū donū nostrū est, cur non et corpus & sanguis, per que remissio cōtingit, dona essent? Iā si dona sunt, cōsectaneū est, ut ex pro ratione donorū distribuantur. Distribuantur autē uerbo, id quod ex praecedentibus manifestū est. Proin si uerbū corpus et sanguinem nobis præsens obferat, quid prohiberet, cur non ad panē ferret, quod in se cōinet? quando uerbū, HOC EST CORPVS MEVVM, ad panē dirigatur.

**ANTIS.** Quid uetaret dicitis? At ego, Quid tantum absurde colligitis? Nihil solidi præiecistis, & super tā nihilī fundamentū ædificantes, quod præscribitis multis ut credamus? Que nam erit illa consequentia? Verbo externo admonemur remissionis promissæ, pacis & Gratiae, Corporisque Christi, neque aliter sensus

59

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Sermonis uestri constat, igitur in pane cœnæ erit uerum corpus? Si nos ita argueremus, exhibilarent pueri. Aut si in nostram sententiam conceditis corpus Christi ita esse in pane, sicut pax & remissio peccatorum in uerbo, quid adhuc dissidemus? quur nō dextram dextræ iungimus? Quur non ea simplicitate docemus ut nemo dissidere suspicetur? fatemur enim & nos corpus & sanguinem Christi esse certissime nostra, licet interim in cœlo sint, atq; omnia que Christi sunt, distribuitur nobis, quatenus uerbo interno ita docenti, per externum admoniti adhæremus.

At nūg is simile est, si uerbum nobis adfert corpus et sanguinem, quur non & panū? Quæ enim similitudo panis & fidclium? discant etiam panis & uinum credere, ut non uulgari modo præsens habeant uerbum, incarnentur prius panis & calix, ut & ipsa diuine sapientia templos sint, nos credimus nobis, non panī.

Dicitis fortassis, ad potentiam uerbi, non ad conditio nem panis spectandum. Verum hic non est controuersia, quid deus posset, sed quid faciat, & quid uerbum uelit, neq; enim ita ad panem dirigitur ut materiam aliam recipiat in se, sed ut significet. Iterum impingitis in solitu scopulū. Peto, quod primum, ut probetis, panem in hoc accipere uerbum ut sit uerum sustantiale corpus.

SYN. Tunes forte ne duo corpora sint in uno eodemq; loco. Timere define, & ab imaginatione carnali cessa. Da honorem uerbo, si enim non absurdum fuerit corpus

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

corpus uerbo gestari, quomodo absurdū esset, pane per uerbum gestari? Aristotelem hic non audimus, nec praedicationes logicas, disputet Aristoteles de duobus corporib. in sua barena, in uerbo domini aliū agnoscimus praeceptorem. Nōnne & Chrysostomus inquit, te citante, in Eucharistia sensui multa absurdā esse, & quae cogitacionem nostram superent. Age memineris, fidem nō in hoc sacramento solum, sed & in multis alijs rebus multa absurdā ferre. Quare? quod licet, fidei pro sua libidine quoduis imaginari? nequaquam, sed quod uerbum habet. Da enim fidei uerbum, & longe alia capiet, quam tota rerum natura ferat. Nonne fert peccata nō esse peccata, ignominiam non esse ignominiam, mortem non esse mortem? Quare? quia sic imaginatur. Absit, sed quia uerbum habet. Ecce agnus dei qui tollit peccata. Item ego ero mors tua o mors. Prædicta hoc Aristoteli, uide si persuaseris mortem non esse mortem, obuertet enim ille tibi sensum, obuertet rerum naturam, obuertet rationem, quid respondebis? An ideo nec tu credis quia Aristoteles nō credit? Sic & de sacramento cœna sentiendum est.

ANTISYN. Non est quod à carnali imaginazione auocetis, ne timeam quod duo corpora in unum locum se recipiant, & ne sim Aristoteli tam addictus.

Aliud est quod ipse hic desidero si adcedere ad sententiam uestram debeo, quod nondum video Christum illum ordinem uoluisse mutare, ut taceam prægnantes causas perpetuo abarcentes ne quid tale cogitem. Di-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

Sputantem Aristotelem non respicio, sed specio quem ordinem seruare uelit deus. Verbo dei portantur omnia. Expendo quid sit omnia portari, nempe, quod non nisi in summis causis, & unde humano generi magna proueniat utilitas (Nam propter hominem cōdita sunt omnia) naturae ordo mutatur. Porro uos habetis hic pr̄eter omnem causam innumera miracula quæ prima Ecclesia non nouit.

Cæterum quod de absurdis, à quibus sensus huma-  
nus abhorret non curandis, narratis, lubens adsentior  
in alijs, hic uero resilio, quoniam humani commenti  
πάτισα θεού πάτισα sunt, quibus Lucianum in ueris nar-  
rationibus ueriora protulisse dixerim. Fides uera non  
ita abhorret à ceteris quæ caro nō sapit. Nam quæcumque  
INTERNVS ILLE MAGISTER do-  
cet, suavia creditu sunt. Etenim quantuscunq; sum pec-  
cator, uirginem parere decum, uerbum fieri hominem.  
Resurrecturos mortuos, mundum dei nutu ex nihilo ce-  
pisse, etiam ijs quæ oculis uideo credibilia rūhi facta  
sunt, neq; ausim me iactare credere, si mens mea repug-  
naret. Non est enim hoc fidelium, sed mendacium hypo-  
critarum. At nunc sunt multi qui iurant se credere ut  
pr̄escribitur, & dicunt in aurem amiculis, si liceret per  
Ecclesiæ (nimirum suæ illius impie) consensum crede-  
re, secus credituros, & ut pr̄escribitur credere se iu-  
rant. O fidem, ô hypocrisim, quā male se tegunt stulti  
& mendaces Struthij, hij rūhi loqui uidentur quasi fidē  
habere

## IOANN. OECOLAM AVTHORE

habere liceret sicut hypocrisim, quæ ex nobis est. Videre hic possetis quam nihil memoueat Aristotelis acumen. Neq; enim totum mundum cum Angelis & Archangelis, si quid præter pastoris uocem annuncietur, audiam, iuuante Domino. Nam & hoc omnis Ecclesia fidelium facit, cui crux gloria, sapientia stulticia & mors uita est. Non ita se sacramenti ratio habet, neq; enim uerbum hoc uoluit ut crederem. Iam quod Chrysostomi lectione mihi obtrudit, quur non et reiicitis quod ad lucem uerbo rum eius eruendam adnotauis? Adparebit tandem quis uos scrupulus urgeat.

S Y N. Nam etiamsi ratio non ferat panem esse corpus, fert tamē fides, propterea quod uerbum habeat, HOC EST CORPVS MEVM, in quo nec tropū agnoscere fidem ex rationibus, uestris superius collatis manifestū est. Nonne hoc uerbum, ego sum deus tuus, deū nobis adfert cū omnibus bonis suis? qd' si ratio non capiat, quō in tā pūlla oratione, literis syllabis & dictionibus cōprehensa, tantus incōprehensibilis thesaurus feratur? Et si quis in hoc uerbum confisus fuerit, num feret argutatorem, & Sophistā dicentē: tu in literas syllabas quācōfidis? Nos scimus & à Paulo didicimus, euangelion esse potentiam dei, ad salutem omni credenti; sophisticas nugas reiicimus, Euangelion scilicet literam esse mortuam, & syllabis constare, quomodo igitur potentia dei fuerit?

A N T I. Nihil minus quam non admittendū tropū, ista uerbositate docetis, neque adhuc uno uerbo euersa est

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

nostra sententia. Disparuerunt arietes uestri, Contrite sunt machine, in aerem emissâ iacula. Satis certus sum ex promissione, nostrum esse decum cum omnibus bonis suis. Certus sum & nostram esse carnem Christi. Nolim autem simili loquendi modo, carnem esse panem, uel quod infinitis nominibus minus est, carnem Christi esse panis. Meo & non patris nomine credo, quod deus, Deus meus sit, credat & panis si poterit, ut in mansuetudine suscipiat uerbum. Ridebitis fortassis ad haec, sed tale responsum ridiculae interrogationes extorquent.

Nam quem nobis thesaurum in syllabis & dictiōnibus subesse persuadere uultis, cōstat uero somnium esse. Nam si rex transmarinus sua benevolentia regnum mihi promitteret per literas, admonerer quidem per literas de uoluntate regis. At ille propterea se literis non addixerit, sed mihi qui ei credo. Mirabor itaq; liberalitatem Regis, etiam si percait littere incendio, quāvis magnitudine beneficij facit, ut qualescūq; testes, regiae munificētiae codicillos obseruem. Quod regnum, quem thesaurū habent littere? Aut si hoc modo corpus Christi in pane esse dicitis, quomodo regnū in libello, frustra contenditur, sed nō subsistitis in ea sententia, Euangeliū autem potentia dei esse scitis, & nos scimus quod deus administratione tam iucundi uerbi, mundum subiugare uoluit, sed haec non est gloria externi uerbi, sed interni, quod uere potentia dei est, Corda Deus mouet. Scitis uos Euangeliū esse potentia dei, nos scimus unicū esse magistrū in cœlis

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

coelis, & non pugnabit scriptura. Est autem litera uere  
Caro & aqua, spiritus autem qui in nobis, igneus &  
uiuificator. Et quid opus carnali presentia, ut per sacra  
menta Dei uirtus nos admoneat? Nullam adhuc utilita-  
tem audiuiimus, que firma sit.

S Y N. Quid uero hæc? Si panis corpus est Christi,  
igitur rursum corpus Christi crucifigendū est. Bella pro-  
fecto argumentatio: quasi uero rursus Christo resurgen-  
dum esset, quia hoc uerbū: Ego sum resurrectio, ad nos  
resurrectionem Christi, quæ & nostra est, adferat, &  
hoc: Verbum caro factum est, Christi incarnationem  
nobis presentem facit. Nonne absurdum esset nunc con-  
tendere Christum, propterea rursum incarnandū esse?  
Christus, hoc uerbo, Pax uobis, pacem meā do uobis,  
reliquit post se pacem, an propterea rursum cogetur cū  
discipulis cenare & colloqui, aut clavis foribus ad cō-  
sternatos adcedere?

62

A N T I S. Iterum inculco, uerbum externum non  
adferat ad me resurrectionem, neq; illi uere creditur, sed  
internæ ueritati, quæ consulitur, huic quum credo Chri-  
stum nostram resurrectionem esse, certus sum de Resur-  
rectione, adduxit .n. me uerbum, uerbumq; uitæ & eternæ,  
neq; indigna Christo mea sententia. Christus .n. non so-  
lum resurrectio, quia figura nostræ resurrectionis, sed  
uiuificator noster, quia uerbū in carne nostra resurre-  
xit. At non contendo, oportebat enī argumenta à propo-  
sito non distrahere: sed quin uos decurtatius argumenta-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

tum meum citatis, et sine fronte non ueremini ludere? Paulò ante Aristotelem cum Dialectica fugabatis, nunc eandem à me neglectam, obiicitis: ita ne et nos iudicari pateremini? Ita me arguisse dicitis. Si panis corpus est Christi, ergo et crucifigendus iterum. At ego sic dixi: Siquidem exemplar tale foret corpus Christi, tale quidam oportere esse quod respondeat in ueritate exemplato. Quo nimur ex Enthymemate syllogismus confici facile potuisset. Omne exemplar, in eo quo exemplar, respondet suo exemplato (ut ar. n. semel dictis uerbis licet barbaris) Corpus Christi in pane est exemplar, et non nisi ueri corporis, quatenus crucifixi, eoq; frangitur pro nobis. In hoc igitur quod corpus Christi crucifixum habens exemplar, requirit ut aliud extra sit quod crucifigatur. Ecce aliam faciem habet hæc argumentatio. Aliud autem est quod Christus dicit: Ego sum resurrectio. Nam quomodo sit resurrectio, satis cōmonstraui in libello. Et iterum testor, quod si adesse dicatis in pane corpus, sicut incarnationem in uerbis: VERBUM CARO FACTUM EST, nullum esse inter nos dissi-  
dium, modo uerbis non plus quam oportet tribuatis.

SYN. Neq; enim dum fatemur panem esse corpus Christi, propter uerbum imaginandum fuerit de aduentu quopiam, uel humiliationis, uel glorificationis. Nam humiliatus Christus in carne uenit, glorificatus autem ueniet in illo die, quem pater nouit, sed per uerbum domini Christi in pane et uino fit distributio. Quemadmodum

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

dum & remissio donum longe optimum maximum, uerbo nobis reuelatur & distribuitur, nemo interim, quamvis crassae Minerue aduentu aliquem, uel humiliationis vel glorificationis imaginatur. Ita dum uerbo corpus Christi, per quod remissio peccatorum facta est, in pane distribuitur, doni distributio, & dispensatio est, non nouus quisquam Christi aduentus, ut est. i. Cor. 10. Panis quem frangimus, nonne communicatio corporis Christi est? Attende hebraismum, quid est communicatio corporis nisi communicatum & distributum corpus? Ita & Roma. 1. Spiritus sanctificationis, hoc est, Spiritus sanctificans, quem nos spiritum sanctum dicimus. Panis itaque quem frangimus corpus est Christi distributum dispensatum, & communicatum.

ANTIS. Noslis nunc tandem praesentiam Christi, nec humili, nec gloriose, sed per uerbum. Atqui demonstratum est esse ultra dignitatem externi uerbi, si quid preter significationem habere dicamus. Quomodo hoc probabitis, ut adueniat per uerbū ubi hoc promisisti ubi iussisti? Nam uerba illa: Hoc est Corpus meū, aliam postulant interpretationem. Præterea quum remissionem exteris uerbis includi constanter negemus, & ab omninemur tanquam extra uerbum ab hominibus erectū Idolum, quomodo ea conieclura ostendetis & panem esse corpus? Quod si antecedens uel maxime uerum esset, ad tam diuersum inutilis foret illatio. Utilitatem tandem asperitis præsentiae, nempe, quod corpus sit distribuibile, atque adeo donum. Quid audio? An non antea

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

donum nostrum erat totus Christus. & omnia quæ Christi  
sunt. An non donum nostrum corpus Christi etiam in cœlo  
manens? An non pascit etiam ad dexteram patris re  
sidens? An nō si uere fideles sumus, in cœlestibus & nos  
sedemus, tantumq[ue] illi re tenent, quantum nos fidei? Quid  
igitur restat distribuendum? Quid super est quod non  
antea accepimus? aut distribuitis quod non descen  
dit? uel quod non habetis? Nihil dare poteritis quod  
non fidelis etiam signo non præsente per fidem receper  
it. Igitur externum nihil præter sacra symbola panis  
& uini, intus panis uimus se ipso pascit animam. Non ne  
garim quin tūc propter magis exercitatam memoriam  
feruentius pascat, iudicium autem comedit ac bibat, qui  
ante non fuerit uere pastus.

Alienior autem omnino est locus. 1. Corinth. 10. quam  
ut uestra confirmet. Vbi dicitur: Panis quem frangimus  
nonne communicatio corporis Christi est? iam olim ad  
tendimus Hebraismum non tam in uerbo quam in toto  
sensu. Nihil enim aliud dicit quam: Ecce pagani in hoc  
conueniunt in suis festis, quibus idolis seruiunt, epulans  
turq[ue], & ludunt, ut omnes se unius idoli cultores testen  
tur, quorum mores absit ut uos imitemini in conuentibus  
uestris. Quid enim uult panis qui ad institutionem inter  
nos frangitur? nō sicut idololatre conuenimus, alteris ser  
ui sumus, Christi scilicet qui nos sanguine suo redemit,  
et corpus patri immolauit pro nobis. In illius nomine co  
gredimur. An non, inquit, symbolum panis quem mysti  
coritu

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

eo ritu partimur, testatur communiter nos ab uno eodem  
que corpore Christi redemptos: in illo enim nobis est com  
munio et societas, atque tanta ut singuli singulis in eo=  
dem corpore membra simus.

Videtur itaque Paulus hoc ex quo uersu, quicquid ad  
coenam panem pertinet, breuiter describere. Adeo mate  
ria panis, deinde is frangitur, atque haec externa sunt.

Quorum admonere haec debent: in primis fidei in Christum  
cuius corpus pro nobis omnibus est mortuum, prop  
tereaque dicit corporis Christi. Deinde charitatis, eò quod  
propter Christum cum omnibus charitatem habemus:  
Nam duo illa mox dextre exponit subdens. Quoniam  
unus panis et unum corpus multi sumus. Hic habes  
quid communicationem uocet, eò quod panis ex granis  
multis conflatus, unum corporalem conficit cibum. Ita  
nos multi adeò confoederati et coniuncti sumus, ut si  
mus unus panis, et unum corpus. Nemo se meliorem  
existimet. Nemo alium contemnat: Causam coniungit,  
unitatem nempe fidei, quia omnes ex eodem pane par  
ticipamus, hoc est, eandem fidem amplectimur in Christo,  
qui est coelestis panis per mysticum illum signatus.

Quare non etiam hoc loco Tropu refutatis in sumus, uel  
in corpore? Sed non licebit quia hoc sequenti uersu, su  
perior exponitur. Et deinde non cogit, ut intelligatis  
corpus in pane, quia unius panis participes sumus: par  
ticipes enim sumus fidei, et fluentem ex fide charitatem  
symbolis testamur. Demum unde ille Hebraismus ue-



ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

ster? Non cogitastis in uos uere posse regeri, quod in nos misit p̄s priorēs? Potest alicubi talis tropus esse, igitur est talis Tropus. Mediocriter circumspectos, uel sequentia erudiunt. Nempe, mensē dæmoniorum, consortes dæmoniorum, poculum dæmoniorum, qualis sit et hic Tropus cōmunicatio corporis. Esto rusticana quedam simplicitas, imò impietas crediderit esse dæmonia in statuis, neutiquam tamē in mensis uel poculo suspiciti sunt. Neq; hoc Pauli ad Rhoma. 1. cap. satis candidat tractatum: sed pergo.

**64** SYN. Huc respicit Augustinus lib. 9. confessionū, ca. 13. Vbi de matre sua scribens ait. Non ista (ut corpus sumptuose condidatur) mandauit nobis, sed tantummodo memoriam sui ad altare tuum fieri, desiderauit, cui nullius diei prætermissione seruierat, unde sciret dispensari uictimam sanctam, qua deletum est Chyographiū quod erat contrariū nobis. &c. Quid est dispensari uictimam sanctam, nisi distribui corpus Christi, pro nobis traditū? Distribuitur autem, sicut alijs pax et remissio peccatorū, ita corpus et sanguis per uerbū in pane et uino. Siquidem uerbū ad panem et uinū adcesserit.

ANTISYN. Observasti locum apud Augustinum de distributione, et nūc idoneus scriptor uidetur. Quia autem non animaduertisti nomen uictimæ. Non autem potestis ignorare, quid nomen uictimæ apud illum uelit, nisi missam sacrificium desisse esse doleatis. Quare nō sic exponitis, quid est dispensari uictimam? Est distribui memoriale

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

memoriale dominicæ mortis, & unici sacrificij, porro  
quod repetitis de remissione peccatorum & pace in  
uerbo, iam dudum confutatum est.

S Y N G. Exemplo res manifestior fit. Praeceptor  
quissiam, uel sexcentis discipulis uoluntatem & mens  
tem suam communicaturus in docendo, nonne uerbo  
doctrine communicat & distribuit? Nam uoluntatem  
suam uerbo, ut ita loquamur, includens, omnibus quot;  
quot uerbum recipiunt eam dispartitur, retinens inter-  
rim sibi suam mentem, nihilominus tamen alijs per  
uerbum distribuens. Neque enim hic cum Aristotele nu-  
gabimur, uoces esse signa dumtaxat, harum rerum  
que in anima sunt. Sed ut uerius loquimur, uox uel uer-  
bum, res animæ nobis obfert, adfert & proponit, ipsa  
nihil interim perdens, sed sua sibi retinens. Hinc com-  
muni more recitatis uerbis authoris altius, mox subi-  
cere solemus. Haec est mens illius authoris, haec est sen-  
tentia huius scriptoris, quis ferat illam expositionem,  
hoc est signum illius sententiae? Quod si tantum ho-  
minilicet, ut mentem suam & sententiam uerbo im-  
ponat, includatque, & inclusam auditori communis-  
cat, nihil interim à sententia sua perdens. Cur idem non  
liceret Christo deo, ut corpus & sanguinem suum in  
uerbum inclusa, pane & uino distribueret, ac com-  
municaret?

A N T I. Apd' aniculas & ignaros, que sit uis externa  
uerbi, putabitur aliqd ualere id exempli, apud me uero

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

nullius momenti est: ualeret tamen aliquantulum, si recep-  
tum foret esse uoces aliud quam characteres ac signa re-  
rum, non addo autem in anima, propter mendaces et eos  
qui lapsu lingue aliud quam statuerant, loquuntur.

Satis autem ostendimus inutile fundamentum uestrum,  
uerba enim externa non docent, sed uel sensus, uel IN-  
TERNS DOCTOR CHRISTVS. Aut da-  
bitis nobis uoces, prodigiosa quedam animalia, aut for-  
taassis etiam uoces inter deos recensemus, et conser-  
tur cum astris Platonicis. Neque hoc probabitis quod men-  
tem suam inscribant Magistri uocibus, sunt uoces signa  
dum taxat ad admonendum, uel commemorandum. Denique  
quamuis nunc abhorreatis ab hoc Tropo. Hec est mens  
scriptoris, ferretis tamen dicentem uerbum probe expri-  
mere, uel representare, uel declarare metem Authoris,  
quod idem est ac si dicas, hoc est Signum mentis Autho-  
ris. Quid igitur struere poteritis super hoc fundamentum?

66

SYN. Porro, quod panis sit corpus Christi, non so-  
licite formidandum est, ne qua fiat ut idem accidat cor-  
pori, quod pani, panis enim pistus est, albus est, rotun-  
dus uel quadratus, traiicitur inuentrem, digeritur, et  
in secessum exit. An propterea corpus Christi pistum erit,  
album, rotundum, uel quadratum, inuentrem traecci-  
bile, digestibile, et id genus? Absit. Ut enim uerbum do-  
mini manet in eternum, nec loco, nec tempore, nec acci-  
dentiis circumscriptum, nec unquam digeri, aut per-  
di potest, ita est, et manet corpus uerbo commendatum.

lans

· IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Iam panem adseueramus corpus esse, non qua panis est, alioqui enim corpori adcidarent, que & pani, sed qua uerbum habet. Proinde panis coenæ qua corpus est per uerbum, nihil habet eiusmodi adcientium carnalium, neq; enim tunc, uel rotundus est, uel quadratus, uel albus uel niger, hæc autem habet & retinet qua panis est.

ANTIS. Vbi corpus in corpore continetur, utriq; accidisse non absurde dicitur, quod uni accedit, maxime si talis sit circuminceps, ut nulla particula dari possit unius, in qua non & aliud, ut dicitis, in pane Coenæ. Cer te est cōmunicatio Idiomatum, ubi due diuersissime na turæ conueniunt in unā hypostasin: quare non si & cōueniāt duo corpora in unā hypostasin? Quin dū substantialem prædicationem adseritis, non video quomodo nō cōcānt tres naturæ, Panis, Caro, Deus, quarum due corporeæ. Sed nō urgeo. Videmini enī cedere nobis dicē tes: Panem non esse corpus qua panis est, sed qua habet uerbum. Qua authoritate glossema hoc adfertis, nostris tropis tam iniquis?

S Y N G. Gratias agimus tibi optime Oecolampadi, quod tua ipsius similitudine, de clavi & sceptro regio citata, nostram sententiam adiuues, ac mentem uerbo rum Christi illustres. Qui enim clauem largitur custodi, & cōmendat domus potestatem, nonne ex clave domus instrumento, potestatem domus facit? maxime, non clavis, qua clavis instrumentum dumtaxat est, sed adde hoc uerbum DO TIBI POTESTATEM D O =

67

Q. ij

## ANTISYNGRÁMMA AD SVEVOS.

MVS, uel ENHABES HIC POTESTATEM  
DOMVS, clavis iam non instrumentum solum manet,  
sed & sit potestas domus, non qua clavis est, sed qua uer-  
bū habet. Do tibi potestatem, uel adceipe potestatē &c.  
Cur igitur per uos non idem licebit nobis, de pane & ui-  
no cœnæ sentire? ut panis qua uerbum habet sit cor-  
pus domini.

ANTIS. Si uere quidem putatis me sententiam ue-  
stram iuuisse, & mentem uerborum Christi illustrasse,  
non mihi sed Christo gratias agite, & si uere egeritis,  
hanc ambigo quin amplius illustratus sit. Non enim à  
regno cœlorū longe abestis. Etenim si corpus Christi in  
pane ita esse uolueritis, ut donū uel potestatē domus in  
clavi, quid tot scōmatis irrideorsquid tot cōuicijs dedo-  
lor? quid tantū uerbis contenditur? Nō ignoratur enim,  
quomodo domus uel potestas domus sit in clave, nullā enī  
aliā cauſam dicere possumus, quam quod sit symbolū  
eius rei, cuius uoluerunt esse symbolū homines, qui uolū  
tate suā uerbis innuunt alijs. Nihil aut̄ per uerbum addi-  
tur clavi, præter relationē. Quomodo igitur nō permit-  
teremus uobis liberū, sentire ita de pane, quē in hoc san-  
ctum esse uoluit Christus, ut suorū beneficiorum memo-  
riam uobis oggereret? Nō sumus tam uiolenti, ut à pietā  
te quęq; auellamus, sed nec tā imperiosi, ut ui ad nobis ad-  
sentiendū cogamus. Scimus solū Christum esse cordium  
Doctorē. Et ut mente meā cognoscatis, si nō per uos pe-  
ricitaretur plebs, malim uos in erroribus p̄sistentes mi-  
hi cons

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

hi cōtradicere in faciē, quantū deus permittit, quām hy  
pocrisi quæ natura sua pestilētissima est, uerba mīhi da=  
re: non quod infirmitas mea nō sentiat, si tangatur immi-  
tius, sed quod non uere uos diligerem, si non precarer  
uos minimo malo laborare, quum uideam non ex omni  
parte perfectos esse posse.

Sit igitur panis corpus domini qua uerbū habet, sicut  
clavis est domus, uel sceptrū magistratus. Quod si uos  
additis monstrosius quiddā, ignoratū scripturis, relin-  
quo uos Christo, ille quum opportunū fuerit, illustrabit  
neq; charitatem temere scindo. Videte autē uos qui ita  
misere traducitis immeritos, nū à culpa sitis alieni. Est  
enī iudex Christus dominus, cuius omnes sumus. In sum-  
ma, si arridet uobis similitudo ista de sceptro, quod fit  
Magistratus, nō poteritis dicere quod eōdem genere lo-  
quitionis diſtum sit, sicut quum dominus dicit: Ego sum  
Dominus Deus, & : Hic est dilectus filius.

S Y N. Sed absit, inquis, ut spirituales qui sub lege fue-  
runt, Messiamq; expectabāt in fide pauperiores nobis  
fuerint, quibus manifestatus est, tantū obscuriora illis,  
manifestiora nobis sunt sacramēta ex c. Miramur Oeco  
lampadi doctissime, quid ppetuo illā cōsequentia nobis  
obtrudatis. Patres fide saluti sunt, & caruerūt pane ac  
uino cœnæ, proinde panis cœnæ nō erit corpus Christi,  
nec uinum sanguis eius, hæc enim summa est argumen-  
tationis uestræ, à patriarchis, & à fide eorum ductæ.  
Atqui si ita argumentari perrexeritis, ex Christo etiā

68

Q. iiiij

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

num non Christus fuit? Quis enim impio os cohiberet, ne  
sic uuxta uestrum disputandi morem, rationes suas, Chri-  
stum carnem habuisse negantes, colligeret? Patres fide  
saluati sunt, et caruerunt praesentia Christi corporali,  
igitur Christus non fuit Petro, aut Ioanni, aut Iacobo  
corporaliter praesens, quid enim opus est Christi prae-  
sentia, si fide saluemur, et patres ea saluati sunt, aut si  
praesens est, ociosus est: haec impia quis ferret? Habe-  
rent tamen ad uestram argumentandi rationem analo-  
giam. Age itaq; utcunq; uel crassa minerua, quantum  
intersit inter pios ueteris, et noui testamenti delineabi-  
mus. Longe alia ratio est in mundo spirituali, atq; in hoc  
carnali mundo, et aliter uidet oculus dei, atque oculus  
carnis. Nam in mundo spirituali nihil est praeteritum, ni-  
hil futurum, non sunt anni, horae, tempus, sed omnia u-  
num perpetuum, et presentissimum momentum sunt.  
In hunc sensum est Psal. 89. Versus a Petro citatur, Vnus  
dies apud dominum perinde est ut mille anni, et mille  
anni, ut dies unus: oculus enim dei uidet omnia, ut unius  
momentum. Hinc prophetæ praeterito pro futuro uten-  
tes, ut apud Esaiam: Cecidit cecidit Babilon, pharsi no  
hominis, sed spiritu dei locuti sunt. Oculus uero carnis,  
uidet hoc ut futurum, illud ut praesens, istud ut praeteri-  
tum. Iam cum uniuersa siue praeterita, siue futura a deo us  
no momento presentissimo aspiciuntur, consestante erit  
incarnatione Christi, passionē, mortem et resurrectionē  
eius, tunc incepisse, perfecta et consumata fuisse,  
cum do-

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

cum dominus secum constituerat hæc mundo aliquando, pro ratione temporis huius mundi, declarare ac manifestare. Vnde Ioan. Apoc. 13. Agnus occisus est ab origine mundi, Quid? Occisus est agnus ab Origine mundi: an Christus tunc fuit? an Christus tunc erat incarnatus maxime. Nisi enim in oculis dei Adami tempore Ecclesiast. & Abrahæ, Christus fuisset incarnatus, passus, glorificatus, patriarchæ nunq uel à peccatis liberati essent, uel tribus non in iusticiā uendicati. In oculis dei diximus, hæc præsentia emigratio erant, ac uerissime perfecta, consumataq; non in oculis tib. in cœlis mundi. Nam in mundi oculis incarnatio Christi non lum, autem tum primum siebat, sed ante perfecta, & in oculis dei Christi consumata: ruelari autem & manifestari incipiebat sub surrectione Augusto Cæsare, sub Symone sacerdote. Similiter & nem. passio Christi non tum primū siebat sub pontio Pilato, sed sub hoc præside. Id quod ante in oculis dei consumatum erat, reuelabatur, & mundo manifestabatur. Quod enim pendebat Christus in cruce sub Caypha pontifice, non nouum fuit in oculis dei, sic pependet ab Origine mundi, sed nunc nouum erat in oculis mundi, qui multo crassius & carnalius oculis dei uident.

ANTISY Credite, fratres, Argumentum hoc nō tā leuiculū est, quam adparet fronte prima. Proinde nō mirandum erat, si pluribus uerbis tractassem, neque tē me re obtrusi, sed forte incideram in memoriā patrum ueteris ac nouae legis, ut obiectioni cuiquam satisfacerem. Nec erat precipiuū argumentū: uerū quia instituto qua-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

drabat, non tam multis id proposui, ut poscebat rei dignitas, nam si è medio tuleris que à patribus citata sunt, & mea diceret protulisse somnia, si et uestra cōferam, manifestū plures in hoc negotio à uobis chartas insumptas, et quamvis mea non parum inuertitis, non video tamen quid probetis, uel quid deiijciatis utut gloriemini. Atqui præ modestia ueteris Adæ, nostra libenter magnificamus. Absurdū dixi negatā patribus cœnā, que data hodie multis uilissimis, siquidem in illa corpus Christi Poterat mox cū Abele nasci Christus, & pati, ut cœnā haberet posteritas: quod ideo dico, nō quod nesciam quale tempus aduentui Christi cōgruerit, sed ut ostendā & hanc cœnā, si tanta est, quantā prædicatis, maturari potuisse. Non mox sequatur ideo nec Christum debuisse incarnari, & quia nō fuit præsens patribus, nec debuisse Petro uel Paulo corporaliter esse præsentem: argumētatio.n. ista à ualde dissimilibus procedit.

Inter Cœnam & Christum hoc interest. Christus expectabatur, promissus erat, prædestinatus erat. Proinde necessarium, ut prodiret aliquando, & sicut quia nos fideliter dispensationē incarnationis cōmemoramus, necessesse est, præcesserit aliquando res quā cōmemoramus. At patrū nullus hanc cœnā expectauit, sicut nos nec passchalis agni ritum repetimus. Nulla igitur proportio quā obijcitis, oportebat utiq; fidelibus in rebus summis esse cōmunionē, sicut in omnibus alijs est societas. Remissio peccatorū & pax conscientiarū, lex & Euāgelium, fides

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

fides & charitas, donaq; alia fuerunt cōmunia. Et ami-  
cissimis tanta foret negata felicitas? Longe enim mai-  
or fuerit, siquidem eſet quod aſſeritis, quām quod Apo-  
ſtoli in carne uiderint Christum.

Oportebat igitur uos Eximios scriptores absurditatē  
illam diluere, & infirmis mansuete & non cū tanto ſu-  
percilio & roncho consulere. Scio ſi Christus coenam ſic  
(ut dicitis) instituiſſet, nihil eſſet absurdum: nūc autē quām  
negetur uestra adſertio, & in cōtrouerſiam ceſſit, nihil  
adſerere uobis licebit, quod Christo fuerit indignū. De-  
negari diuitias, honores mundi, terras fertiliores, fauor-  
es hominū, non offendit. In hūc enim uſum pīj positi, ut  
perſequitionem patientur, & cum Christo crucem fe-  
rant. Denegari quibusdam dona reuelationū, miraclo-  
rū, linguarum & id genus, haud mirum eſt, nam ita ad  
ædificationem ecclesiæ conducit, non enim priuata do-  
na ſunt. Verum quod ego carne paſcor Christi, quod ad  
anima mea beatitudinem adtinet, & negatum eſt alijs,  
modis innumeris melioribus, quomodo id num perſuadim?  
Non eſt .n. caro illa noſtra tantum, ſed totius ecclesiæ,  
& proinde etiam patrum, neque ego aliter illa ueſcar  
quām iſti, utcunq; interim uarent ſymbolorum ceremo-  
niæ.

Iam quod ad marginem adnotauit quifpiam, res alte-  
rius & maioris diſputationis erit, quomodo animæ pa-  
trum quieuerint, & ante resurrectionem Christi in cœ-  
lum non emigrarint, & propterea quid ſi tanti boni

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

non fuerunt participes. Sed audiam ex illis quæ animæ præ patriarchis coelestis gaudij fuerint participes. An iustum fuerit cœlum ingredi animam, antequam primo genitus mortuorū coronam glorie acciperet? Et de hac re nunc satis dictum. Adfertis autem uos multa, quæ parum hoc pertinent, tametsi libenter legerim, quomodo à primordio mundi agnus occisus sit: prætereo igitur ea.

69

S Y N G. Iam quando nec incarnatio, nec passio, nec mors, nec resurrectio Christi, tempore patriarcharum priorum reuelata fuerint, quamquam iam præsenzia erant diuino conspectui, noluit tamen spiritus tantum mysterion, mundo infirmo, & adhuc sub paedagogo existenti, aperta reuelatione obtrudere, donec uenit plenitudo temporis, tunc enim emisit deus filium suum, factū ex muliere, factū legi obnoxium, ut eos qui sub lege erant, redimeret. Proinde, in lege, & patriarcharū tempore cludebantur, reuelanda sub iniuolucris uictimorum, aliarumq; umbrarum, ne si uel uerbo externo reuelaretur, quod nondū externo facto coram oculis mundi reuelatum erat, mundus non caperet, aut potius offendiceretur. Itaq; umbris, signis & figuris tūc omnia Christi, coram mundo proposita sunt, in Christum enim intendunt & respiciunt omnia sacrificia, ut est Psal. 39. Sacrificium & oblationem noluisti, aures autem fodisti mihi, tunc dixi, ecce adsum. In capite libri scriptum est de me, ut faciam deus uoluntatē tuam. Neq; enim Christus agnus est paschalis, sed per agnum paschalem ad= umbra=

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

umbratus est, & agnus in solum CHRISTVM re=spexit. Nihilominus tamen, piorum fides ut est lynceo perspicacior, sub agno praesentem CHRISTVM habuit, adcepit & credidit. Remotus quidem erat agni pa=schalis tempore Christus, & ab auribus, & ab oculis carnalibus, praesentissimus tamen erat fidei, quae motis alis suis ex hoc mundo in spiritualem transuolabat, ac pro natura uisus dei, ea quae Christi sunt uidebat. Sic enim deus omnia etiam futura sibi praesentia uidet, ita fides rem longissime pro mundi captu positam, sibi praesentiissimam facit, & uidet: an non & Euangelion patri bus absconditum fuit, donec sub Christo & Apostolis reuelaretur? Nihilominus tamen fides patrum Euangelion habuit, licet adhuc occultissimum & alienis umbris obuelatum. Nobis autem qui post Christum uiuimus et regeneramur, uelamen ab oculis ablatum est, & Euangelion manifeste propositum antea inuolucris tectum.

ANTISYN. Et haec in medium obscurius sunt alata quam ut citra offendiculum legantur. Quid quod uobis ipsis contradicere uiderint? fidem conceditis patribus. Reuelationem negatis. Nunquid & patres illos spirituales mundo connumeratis qui sub lege supra legem erant, qui in mundo peregrini erant et exules, quibus indignus erat mundus? Aut quia non in mundo toto Euangeliū reuelatiū erat, propterea ignoratiū est & patribus? Absit ut omnes quas immolarint uictimas, quid presignarent, ignorarint. Absit ut Moses & prophetæ

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

que ignorarint, prædixerint, & apostolis aliam uerboꝝ  
rum mentem spiritus sanctus ostenderit quam fuerit illa  
reuelata. Sic enim uerba sua ignorantes, Phytonicos  
rectius quam prophetas quis diceret. Respiciebant in  
Christū sacrificia, & non deerant qui sacrificiorū tene  
bant mysteria. Aut quid legimus Christū tertia die secū  
dum scripturas resurrexisse? Et apud Paulū Euangelū  
ante promissum per prophetas in scripturis sanctis. De  
agno pascali certū quod rudes commonecerit benefi  
cij in Aegypto, magis autē exercitatos, fidei oculos ha  
bentes, ad Christū transmiserit. Et quū ante a dicere uisi  
fitis, nō reuelata mysteria patribus, nunc subiungitis qđ  
nihilominus fidei oculos lynceo perspicatores habue  
rint. Nonne qui credunt per reuelationem credunt? Si  
cut etiam hoc die non credimus, neq; discimus nisi que  
pater reuelauit. Quod Iesus Christus passus sit, nunq  
uere crederemus uel cognoscemus nisi per in ternū do  
ctorem: proinde multi ore fatentur, quod corde negant.  
Aut non habuerunt illi magistrū unicum qui in cœlis?  
Neq; hoc probatum, ut quomodo deus futura sibi prouidet  
præsentia ita & fideles cognoscant. Nihil enim à  
deo occultum, nullo Deus opus habet reuelante: hi uero  
que cognoscunt per reuelantē cognoscant necesse est.  
Non possum n. mihi persuadere, patres omnes in eorum  
numero fuisse, qui crediderunt quod non cognoverunt,  
quū deus Moſi loquitus sit, ut amicus amico, intravitq;  
in caliginem nubis. Israēlem uero quidam nomen acce  
piſe

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Piſſe putant, eò quod deū uiderit. Palam est quanta Abrahae cū deo familiaritas: ut de Davide, Eſaia et alijs taſceam. Et putarem euangeliū illis absconditū nondū ſcripturis, que tale quiddā in ſpeciem oſtendunt, ſed nobis cū ſentiuſ, credere cogentibus? Vel amē quidem ſup oculos Mōſe poſitum erat, ne eius faciem populus cerneret, Verū ita nō negatur Mōſen ſpiritualiter cognouiffe ea que in monte uidijſſet, quo populus pertingere non poterat. Non negantur eadem didiciffe eis iij, qui eodem ſpiritu fuerunt prædicti. Verum eſt eis patrum plerosq; parum de mysterijs intellexiſſe. Sed quid hoc impedit? Nōnne eis hodie multis parum de rebus diuinis patefactum eſt? Nihilominus eis ſuperiora ſecula uiros alii quantos habuerunt.

S Y N G. Iam uide quām concinnam rationem coligeret, ſi quis contenderet Euangelion hoc, quod nobis cum eſt, non uifſe aliter, quām ſub umbris teclum. Proinde nec nobiſcum uerum, adpertum eis manifestum eſſe, quid hoc enthimemate absurdius colligi poſſet? At nec aliter ſe habet ueſtrum, cum dicitis, Patribus coripus Christi non uifſe niſi adumbratum eis signatum, ergo nec nobis aliter eſſe atque signatum. Quasi uero nihil diſtarent umbræ eis res adumbratae, ſigna eis signorum ueritas.

70

ANTIS. Non adſentior quod ueterib. Euangelium omnino fuerit obteclū, ſicut nec noſtris temporibus omnibus reuelatū, quamuis hodie inuulgatum ſit, olim aut

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

inuulgatum non erat. Deinde non arguo. Patribus cor-  
pus Christi non fuit nisi adumbratum, ergo & nobis est  
signatum, & non apertum. Aliud est conferre ceremoni-  
as utriusq; legis, & aliud est de Christo loqui nondū in-  
carnato & incarnato. Si dicerem Christum nondū ue-  
nisce in carne, merito sic redargueretis spiritū nostrū:  
nunc uero molestius est quod dicitis, hæc conseſtanea es-  
se, quasi præiudicet rei ueritati monumenta. Neq; enim  
memorialia dicerentur, nisi facta præcessissent. Quis  
unquam somnijs ac phantasmatis erexit statuas? Aut si  
quis erigeret, quæ tam stulta postritas, ut cultum illū re-  
ciperet? Erat omnino tempus quo Christū uenire in car-  
ne decebat, & quo adiunciandum erat in mundo id  
Euangelij: at non proptere a sequitur, quod id ignoratū  
fuerit patribus, & non habuerint in cordibus suis reue-  
lantem spiritū sanctū, sed neq; sic belle arguitur, Chri-  
stus uenit in carnem, ergo carnem dedit in coena. Ab-  
ſurda sunt opinor & illa Enthymemata.

71

S Y N. Quod si nulla est patrum & nostra distantia,  
cur Christus ait, uestri beati sunt oculi qui uident, &  
aures uestre, quia audiunt, Amen dico uobis, multi Pro-  
phetæ & iusti desiderauerunt uidere quæ uidetis, &  
non uiderunt, & audire quæ uos auditis, & non audie-  
runt? Nemo citius explicabit quantum à patribus priui  
legijs differamus, quam hoc Christi uerbum. Non enim  
inquit, Prophetæ desiderauerunt credere, & non cre-  
diderunt, sed uidere & audire desiderarunt, quæ non  
audierunt

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

audierunt & uiderunt. Patres nō fuerūt nobis fide in=feriores, eadem enim & nostra & patrum fides est, fue runt tamen multo inferiores uerbo ac facto, hoc est, re=uelatione Christi, & manifestatione uerbi. Exemplo ma nifestior fit nostra sententia. Paulus uocatus fuit ad mu=nus Euangeliū prædicandi, ab utero matris, ut est Gala .1. Sed uocatio longe post, iam uiro facto de cœlo reuelata est: Actu .9. An non Paulus initio latente adhuc uocatio-ne, inferior, post uero uocatione manifestata, superior seipso factus est? An quia ab utero matris segregatus est, negabis facta segregationis reuelatione maiora ad cepisse? Huc adcedit & Apostolorum conditio. Nam & Apostoli ante mortem Christi, & resurrectionem spi=ritum sanctum habuerunt, quomodo enim nisi è spiritu Christum confessi essent, Matth. 16. ubi & Christus te=statur patrem reuelasse, pater autem spiritu reuelat & trahit. Oportet igitur spiritum sanctum Apostolos ante Christi mortem habuisse, sed quomodo? an reuelatum=an manifestatum: non, sed adhuc latentem & occultum. Sic enim legitur Ioann. 7. Non dū erat spiritus sanctus quia Iesus nondum erat glorificatus. Posteaq uero glori=ficatus est Christus, misit spiritum sanctū in corda eorū, ut prædicarent Euangelion remissionis peccatorū per orbem. Quid autē hoc mittere aliud est quam reuelare, & manifestare eum qui ante occultatus erat? Nū igitur frustrane am dices missiōnem spiritus, quia ante habue=rint? Abſit, quis enim hæc ferret? Nōne reuelatione spi

R

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

ritus Apostoli fæliciores erant, quam ante occulto adhuc spiritu? Fæliciores erant, non quidem spiritu, quem initio fide in Christum adcepérant, sed præsentia & reuelatione eius, quem ante tacitiſſime posſederant. Sic patres non nobis inferiores sunt fide, sed reuelatione longe minores sunt. Quod enim ipsis fide quidem præſens erat, sed tamen uerbo aperto, & facto occultum, & ab oculis remotum, nobis & facto & uerbo propositum est. Factum (hoc est) corporis traditio, et sanguinis effusio, coram oculis mundi sub Pontio Pilato præteriuit. At quia in oculis dei ab Origine mundi, ut ita loquamur, durauit, & iam manifestatum erat mundo.

ANTIS. Veram felicitatem à fide metimur, quæ patribus non fuit de negata. Porro quod dominus discipulos beatificat, si de carnali præsentia intellexeritis, fuerit hæc exultatio ad horam. Quis negat iucundissimam Christi præsentiam à cuius ore diffundebatur gratia? Quis non gauderet impletū, quod alij implendū sperarunt? Hoc nunquā iui inficias. Nonne in hoc solo nostros dixi beatores, quia uiderunt Christum, quem utiq; & sancti expectarunt, & adesse tempore quodam opportebat. Etenim & nobis dicitur. Beati oculi qui nō uidérunt & crediderunt. Et per Apostolum. Et si nouimus Christum secundum carnem, iam non nouimus secundum carnē. Atqui nobis est sermo de ceremonijs, in quibus non idco beatores sumus, quod res mutatae sunt, sed quod.

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

quod signa. Non ignoro qd' Augusti. contra Faustū,  
lib. 19. dicat nostra sacramenta uirtute maiora, utilitate  
meliora, actu faciliora, numero pauciora, tanquam in  
iusticiam fidei reuelata, & in libertatem filijs dei uoca-  
tis, iugo seruitutis ablato, quod duro & carni dedito  
populo congruebat. Hæc ille pro uobis forsitan, uerū=  
tamen fateri debemus multos fuisse sub lege, quos legis  
onus non premebat, eò quod reuelata illis esset iustitia  
fidei, & uere inter filios recensebantur.

At nihil hoc aduersus nos, quia paulo post dicit pro  
nobis, in hunc modum: Interim aduersus calumnios am  
imperitiam Fausti demonstrare sufficerit, quanto erro=  
re delirent, qui putant signis sacramentisq; mutatis, e=  
tiam res ipsas esse diuersas, quas ritus propheticus pro=  
nunciauit impletas, & quas ritus Euangelicus annun=  
ciavit impletas: aut qui censem quum res eadem sint, nō  
eas alijs Sacramentis annunciarí debuisse completas,  
quam his quibus adhuc complenda prænunciabantur.  
& cete.

Ecce si aliquam fidem mereretur Augustinus, nola-  
rem alium Patronum. Nam in ceremonijs dicit easdem  
res esse. Sed & scripturam audire cupitis.

Legimus Esaie primo. Restituam iudices tuos, ut  
fuerunt prius, & consiliarios tuos sicut antiquitus: simi-  
liter & Malachias dicit: Erunt domino offerentes sacri-  
ficia in iustitia, & placebit domino sacrificium Iuda,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

& Ierusalem sicut dies sæculi & anni antiqui. Nam quod de Paulo & apostolis exempla ponitis, eadem de Hieremia et Abraham & Mose liceret dicere, addo et de Choro prophetarum. Proinde, Apostolus ecclesiam dicit extractam super fundamentum prophetarum & apostolorum. Verum de dignitate illorum non contendimus, neque huius loci fuerit: hoc magis ad rem quod paulo post subiectum de sacramentis.

- 72 SYN. Ideò Christus ea etiam coram mundo præsens & manifestata conseruare uolens VERBO cœnæ commisit dicens: accipite & manducate, hoc est corpus meum. Bibite, hic est sanguis meus. &c. Id quod ante Christum fieri non poterat, propterea quod nondum reuelatus erat Christus. At reuelatione facta, reuelatione et præsentiam uerbi conseruandam tradidit. Sic enim remissio peccatorū, que sub Pontio Pilato impetrata est (hoc est reuelata, impetrata enim fuit in oculis dei à mūdi constitutione) uerbo conseruatur. Cur idem non dice retur de corpore & sanguine Christi, per quæ remissio impetrata est, & sine quibus remissio non est? Patres sub agno paschali, sub manna, sub petra deserti Christū uiderunt, sed fide oculissima, & soli spiritui cognita, quando nihil harum rerum adhuc mundo erat reuelatum. Nos uero Christi corpus in pane, & sanguinem eius in calice per uerbum adcipimus, non occulte, non absenter, sed manifeste. (Manifestum enim uerbum est, HOC EST CORPVS MEVM) sed præsenter, quando

IO ANN. OE COLAM. AVTHORE

quando reuelatio facta sit & uerbo conseruetur. Proinde ruit quicquid est horum argumentorum, fide saluamur, & patres non inferiores nobis caruerunt corpora li Christi corpore.

ANTIS. Quomodo Christus conseruari uoluit corpus, & sanguinem nonne in memoria nostra custodiri beneficium iussit? Quomodo seruabitur autem a strepitu dictiōnum? Quam sedem habebit in pane? Crasse n. mihi loquendum, ne crassiōes sicut hactenus, in errorem mitantur. Quid opus eo habet panis si haec cauſa est: solo signo rem expediet. Sicut & remissionē peccatorū promissam & credentibus concessam uerbum ostendit, & admonet. Interioris autē hominis, inhabitator docet, nā extero uerbo conseruari nequaquam, cōmonstratū est. Quid igitur ab incerto tanquam certo arguitur, ut certum quid statuatur? Obscurius etiam dictum est, id: Occultissima fide, spiritui soli cognita, & inde nobis magis obscurum, unde manifestius esse sperandum erat, nempe exemplis positis de fide Pauli segregati in utero matris. Nam si ea fides fuisset in Abraham, addo si non maior reuelatio, quomodo Christus in se credentes familie Abramiani adscriptos dicit? Si prophetarū fides uel cognitio, non fuit maior fide pueri (ut de ea re nūc non controuertam) quare uidentes dicti fuerunt? Quod si dicatis occultam & spiritui soli cognitam, eò quod non fuerit ita manifestata, quamvis patres (de spirituali. loquor) apud se de tantis mysterijs sibi reuelatis

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

exultarint, non repugno, sed iterum nescio an inferiores dicere debeam apostolis. Apostoli profecto laudem maiorem patribus tribuerent, et se nihil esse testarentur, memores eius quod dominus dixit, Alij laborarunt, et uos in laborem eorum introiſſis.

Postremum. Dum de manifesto uerbo gloriamini, semper requirimus ut probetis ita de pane dictum, ut in eo conseruandæ memorie nostræ corpus, quum absq; corporali præsentia, ob institutionem Domini idipsum possit. Proinde iterum non uideo quod subuerteritis diui Augustini dictum: Nam si edere corpus Christi nemmo potest quam iij, qui illi credunt, et omnes qui uere credunt, uere edunt, siue adhibito symbolo, siue non adhito. Consectaneum est, Patres non fuisse inferiores, nam quanvis Christus non fuerit reuelatus mundo, sicut tandem reuelatus cordibus eorum, et non solum corā deo reuelatus, sed etiam istorū spiritualibus oculis ostensus, quod licet desiderio nō satis faciebat, felicitatem tamen non minuebat, et concedebatur eis per quod et ipsi in fide exercentur.

SYNG. Nec nos igitur, aut habemus præsens corpus, aut ociosum habemus. Nam et hac ratione ociosum erit Euangelion. Ociosus erit et ipse Christus, in Ierusalem prædicans, et in tota Iudea miraculis se manifestans, quando nec Euangelion externum nec talentum externum Christum, quem sub præside Pilato uiderunt maiores nostri, patres habuerunt. An quia Abram

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

ham non uidit Christum in cruce pendere oculis carna-  
libus (fide enim uidit diem Christi) ideo neq; Petrus,  
aut Ioannes uidit? Similes fuerunt omnino Ioannes Eu-  
angelista & Abraham fide, sed Christo dissimiles. Vi-  
dit enim Abraham Christū fide & spiritus cognitione:  
Ioannes autem non solum fide, sed & reuelatione aper-  
ta, carnaliq; uisione: Ita & patres ederūt corpus Chri-  
sti, & biberunt sanguinem spiritu. Non solum spiritu,  
sed carne etiam edimus corpus & bibimus sanguinem  
eius. Siquidem panis quem frangimus, communicatio  
corporis Christi est. Et Christus ait, Edite, hoc est cor-  
pus meum, quod pro uobis frangitur.

ANTISYN. Hic arrigemus aures edocendi, que  
fructum adferat carnalis in pane praesentia, sed quan-  
tum adparet, expectatio nostra deludetur, conuertitis  
enim uos ad argutandum. Nos uero fructum audire cu-  
pimus uel unum, corporis Christi in pane residentis,  
qui non eque per solam fidem & memoriam passionis  
offertur. Proinde iniquissima collatio est, Christi in car-  
ne & corporis eius in coena. Millia millium utilitatum  
ex conuictu & passione Christi recepimus, at ne unam  
quidem hic portetis. Quis igitur sic argentes proba-  
bit, rex pater reuclat filium preliantem pro patria  
& exercitum instrumentem & uulnera recipientem  
& hostem prosternentem & triumphū cum spolijs re-  
portantem, unde ostenditur utilis & honorificus popu-  
lo, igitur eundem in dolium repere faciet amicis iniu-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

sibiliter commendans, similiter honorificauerit corant populos? Tale est & nostrum argumentum, imò inueritatis. Nunquid si memoria beneficij quod à regis filio exhibitum populo, & que commendata eo absente corporaliter, ac sic latente in dolio, & propterea non deceat adesse hoc modo, igitur similiter non decuerit pro patria belligerari, & in carne sua honestissima uulnera ferre? Quis offutias illas collaudaret, & non magis urgeat ut dicatur, que uel populo utilitas, uel regis gloria si in eas latebras filium mittat.

Nec multo acutiora Enthymemata sunt, Abraham non uidit Christū in cruce, ergo neq; Petrus, Si sic obieceritis, Abraham non expectauit Christum in cruce & fuit fidelis, ergo neq; Petrus uidit, tamquam rem creditu dignam, & in qua summa suæ salutis. Etenim si ille fidelis pater non expectasset, non opus erat aliquando euenire, & quia certa fide, reuelatione per spiritū accepta desiderauit, igitur euenit. Non quadrabit autem ῥῶ σόφισμα in pane. Non dubito quin & symbolorum suorum finem ac ceremoniarū uariationem cognorint patres spirituales, sed res alias in symbolis posteritate habituram utiq; præter fidem eorum fuerit. Accommodatis autem in hunc modū. Patres ederunt corpus Christi, nos uero carnem. Nonne iterum obscurando sic sermonem, suspicionem ingenerare possetis, ut uos dicendos quis arbitretur σαρκοφάγος supra autē exposui, num uobis suffragetur illud ad Corinthios.

SYN.

S Y N. Quemadmodum Euangelion non solum spiritu audimus, id quod et patres fecerunt, sed etiam carne, auribus carnalibus. An nunc dicemus Euangelion carnale ociosum esse apud nos, aut non saluare, propterea quod patres eo carnali caruerint, et sine ipso salvati sint? Nemo est qui neget, corpus Christi spiritu praesens fuisse patribus, nam per uerbum promissionum Christi stutotus ipsis praesens factus est, sed longe aliter nobiscum res agitur. Nobis enim non solum spiritu, sed et litera, non illa occidente, sed praesenti uerbi exhibitione, Corpus Christi et Sanguis presentantur. Exemplo renasclarabimus. Verbum est Gene. 3. Ipsum conteret caput tuum. Gene. 22. Benedicentur in semine tuo omnes gentes terrae. 2. Re. 7. Suscitabo semen tuum post te, ego ero ei in patrem, &c. Hieremi. 23. Suscitabo David germen iustum, et regnabit rex, &c. Spiritus uerbi harum promissionum presentem Christum ipsi patribus exhibuit: Litera autem uerbi non presentem exhibet, sed in futurum (id quod clare patet cum dicitur, conteret, benedicentur, suscitabo, non conterit, suscito) respicit, siquidem spiritus, cui omnia futura presentia, pro suaratione, fidei obuiat, litera autem pro mundi captiuonat. Nam cum alias Esai. 9 inquit, Parvulus nobis est natus: induit litera, modum loquendi spiritui familiarē, cui futura tam certa sunt, ac si præteriissent. Nunc reuelato Christo non solum spiritus uerbi, sed et litera (absit uerbo maligna interpretatio) corpus Christi et sanguinem eius praes-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

Sentia exhibet, adfert et demonstrat. Hoc, inquiens, est corpus meum, hic est sanguis meus, &c.

ANTISYN. Nondum audimus quod respondere oportebat. Quis nam fructus carnalis presentiae. Neque idoneum argumentum est de carnali Euangelio. Nam et externi uerbi innumeras utilitates quis recensuerit. At illo nec patres caruerunt, qui a prophetis, a parentibus, a creaturis dei admoniti, sicut et nos hodie.

Tantum illi de uenturo Christo admonebantur, nos vero commemoramus uenisse. Habant et ipsi Euangeliū extēnum. Non negabili enim quin dominus nubibus illis spiritualibus, ut pluuiam uerbi carnalis pluerent, hoc est, Venturum Christum annunciant, mandarit. Neque tunc uerba corpus et sanguinem aliter in se receperūt quam nunc hodie, hoc est annunciant dum taxat, et in solo modo annuncianti differebant, quod illis uenturus esse, nobis uenisse, dicent, hoc etiam in ceremonijs uariatum est, et nihil praeterea. Itaque probabitis quomodo literae praesens corpus exhibeant. Nam si modo annuntiatio contenti estis, non est quod urgeam, et uidemini quidem illuc tendere, sed in uolucre quodam iterum receditis. Ceterum litera nisi nobis sit unicus Magister, tam nobis quam patribus occidens est. Neque spiritus ita literae implicitus, ut uobis fortasse uidetur, que præter significationem aliquid receperit. Quid autem quod uerba Christi spiritus et uitæ

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

vita. Nōne adferent uitam & Ita sunt spiritus & uita, ut spiritualiter intelligantur, sed spiritualiter nemo inteligit, nisi qui spiritū habet doctorem, huic enim præstat spiritus, ut uerba quibus admonetur, recte capiat.

S Y N. Porro si pergas querere, ad quid profit carnis corporis eſus, cum patres eo caruerint, nihilominus ſaluati. Queremus & nos, ad quid carnalis Euangelij reuelati auditus profit, quo ſimiliter patres caruerunt. An quia Euangelion literis, & syllabis conſtat, nō properea dicemus, eſſe dei potentiam ad ſalutem omni credenti? Et cum Euangelion credamus, occinetisne nobis, creditis in deum inliteratum, aut inuerbatum? Ut alios dure quosdā ſolitos adcepimus, credis ne & tu quoq; in deum impanatum?

ANTIS. Hoc unum querimus & nō respondetur, ad quid profit carnalis manducatio, & ſimpliciter querimus, nō iſidioſae ut pharifæ, quibus queſtione queſtione dominus elufit. Queſtioni uestræ ſatis fiet facile. Testatur quidem apostolus Euangelion eternis temporibus tacitum mysterium, nūc uero manifestatum: ſed nō eſt mens eius quod ignorauerint prophetæ illud myſteriū, ſed quod non fuerit uulgo intellectū alioquin quomodo habitu eſſent sapientes, de quibus dicitur, sapiens intelligit que de ore eius procedit, et in labijs portat intellectū nō igitur omnino fuit obuelatū: ſed quid ſi populo Iudeorum cetera obscurius fuerunt oſtenſa, maniſteſte tamen ille doctus eſt, uenturum MESSIAM, &

75

Roma. 16.  
Euangeli= on, dicitur mysterion eternis tē poribusta citū, nunc uero mani festatum.

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

in solo deo spem ponendam, qui deus & adiutor est omnium sperantium in se. Quod certe Euangelion erat, & quantum ad Christum adtinebat, carnale, licet non ita clare intellectum a uulgo. Negamus igitur patres eo caruissēs.

Adtulit ergo paucis illis magnam utilitatem, adfert et hodie, & eō maiorem, quō pluribus cōmunicatur, neq; alia pernitosior iactura ecclesiæ quam uerbi non adulterati raritas, & sic etiam Sacramentorum usus, ad suuendam charitatem & fidem pijs admonitionibus, ualde utilis est: sed uos semper plus aliquid requiritis.

SYN. Iam cū corpus Christi carne nos edere adseueremus, licebit interim ut atua humanitate impetremus, ne aliter quam candida interpretatione adcipias. Nā edimus corpus, & bibimus sanguinē carne, non ut corpus Christi atteramus & frangamus, ut est in reuocatione Berengarij, sed panē ipsum qua panis est tractamus, frāgimur, edimus & dentibus atterimus. Corpus autē adcipimus, qua uerbum adcipimus, HOC EST CORPVS MEVM, ut pulcherrime quidā dixit, Quod edimus intrat uentrem, quod credimus intrat mentem.

ANTISY Bene capio mitigationem sententie uestræ, uellem & alios quosq; sic accipere. Quicquid est, fatemini ipsum uerum domini Corpus per manus hominum cōmunicari, & in pane a uobis accipi. Et ne scio unde hoc glossema mutuati sitis, quod corpus accipitis in pane qua uerbum habet. Est hæc illa substantia lis prædi-

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

lis prædicatio propter quam digladiatur? Et quid hoc  
est aliud dicere quām fide manducare corpus, qui uni-  
cus manducationis modus à domino nobis cōmendatus?  
Nam ut uerbum externum uel panis gerat, uel sit corpus  
substantialiter, unde docebitis? Quod si in ea sententia  
estis, ut fidem habeatis in Crucifixum, & panem ut pā-  
nem comedatis, nemo uos impungnat, præter Papistas.  
At nos hoc uolebamus audire, quem fructum carnalis  
præsentia adserat. Ibi eloquentiam & uerborum luxu-  
riam uos exercuisse desideraremus. Hic transfilitis ubi  
minime decet, & ubi neutquam urgetis. Sed ne & ego  
molestior sim, laudo uobiscum istius, quisquis est sen-  
tentia, qui dicit: *Quod edimus intrat uentrem, et quod*  
*credimus intrat mentem.* Itaq; panis pabulum est uen-  
tris. Sapientia autem dei & promissio cui fidem habe-  
mus, sagina est mentis. Id ut intelligam, satis docui. Sic  
quatenus uerbum ad ripio (de interno loquor) utiq; &  
me pauerit Christus. Atqui hoc non urget, ut in pane sit  
corpus, quando uere per fidem carnem, & sanguinem  
Christi habemus, citra illam carnalem præsentiam.

S Y N. Quāquam quid est, quod hic abhorreamus 77  
pro Christi uoce loqui & sentire? Is enim dixit: Edite,  
Hoc est corpus meum quod pro uobis frangitur, hoc est,  
diuiditur. Hoc enim uerbum frangi κλέψεις non  
corpori, sed pani conuenit. Esa. 55. Frange esurienti pa-  
nem tuum. Nunc enim Christus dicit, corpus suum fran-  
gi, quia panis frangitur, quis inique ferat à nobis si dixe

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

rimus corpus Christi tractari, à manibus, & dentibus atteri. Non quod hæc corpori Christi, sed quod panis qui est corpus Christi, conueniant? Nam quando panis sit per uerbū corpus Christi, cur nō panis, qua corpus Christi est, conuenirent que corporis? Et cum corpus Christi uerbo ad panem adseratur, quid impedit, ut non corpori conueniant, que panis? Hinc est quod corpus frangitur, quia panis frangitur, manente interim integritate corporis, & panis uiuificus est, quia caro Christi, que iam per uerbū panis adcessit, uiuifica est, uitam prestantis mūdo, manente interim pane in sua, qua ante fuit, substantia.

ANTISYN. Evidem si in solis uerbis contentio foret, non ignorarem nihil contra exacerbabiles audendum, Christum in sermone quis redargueret, reliquum ne nos sinistram inuehamus uerborum mentem, uerbum κλαρεός ad fractionem & distributionem pertinere in proprio significatu, non displicet. Neq; enim ad solam panis distributionem pertinet: Sed sicut panis per se sensibilem panem significat, ita dum dicitur fregit, per fractionē mox ad inuisibile quiddam contemplandū manus ducimur. Familiare enim fuit prophetis, non solum uerbis, sed & factis & signis quibusdam contestari quidam ardui. Iam etiam pseudoprophetes Ananias tulit catenam de collo Hieremiac prophetæ, & confregit eam, dicens: Hæc dicit dominus, sic confringam iugū Nabuchodonozor. Et Ahias scindens pallium suum nouum in duodecim partes, dixit Hieroboam: Tolle tibi decem  
scisuras

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

scissuras, hæc n. dicit dominus: Ecce scindam regnum de manu Solomonis. &c. Agabus tollens cingulum Pauli alligabat illius pedes ac manus, ac dicebat: Hæc dicit sp̄ ritus sanctus, virum cuius est cingulum, alligabunt Ierusalem Iudei. Manifestum est uerba illa frangendi, scindendi, ligandi primū symbolis conuenire: sed nihil prohibet quin magna cum energia significato conueniant. Vnde fractio quidem corpus signat frangendum uel fractum, non autem inter edendum frangi, nisi ualde συνελθωσι: insinuat autem nobis passio Christi, qui corpus suum occidendum sic indicabat prophetice, et memoriam mortis relinquebat nobis. Iam hebreum non men שְׁפָרְט̄ primario et proprio significato diuisione unguilarum dicit, ut est Leuit. 19. aliquando et excisionem, fortassis allusum fuit ad mundum sacrificium. At qui hoc effet conieclare, incertum enim quo uerbo usus sit Christus cum discipulis. Certum autem quod tam dari quam frangi passionem commendant. Insuper quod dicit ὅτε πάσχει, reclusus passioni quam distributioni couenit. Nam quis dicit, quod pro uobis distribuitur, et non magis inter uos, uel uobis? Vnde de poculo signanter dictum, diuidite inter uos: porro de sanguine dicitur quod effundatur pro multis, non multis.

Nonne pulchre manuducit, ut discamus et dationem, et fractionem ad passionē pertinere, magisq; ad rationem corporis quam panis manducandi, referendum?

S Y N G. Neq; est quod timeas, optime Oecolampa=

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

di, ne quis cœnæ tempore uane sese occupet, in miraculo  
cōsyderando, qua ratione scilicet corpus pani uniatur,  
neq; enim nobis id probari posset, si fieret, sed dabimus,  
ut fiat à supersticiosulis, quid ergo: an ideo negabimus  
panem esse corporis Hac certe ratione possemus cogere  
manducantes, ut dentes excuterent, et labia abscinden-  
tes proijcerēt, ne sapore panis occupati obliuiscerentur  
panis eūs. Possemus et Christum hominem esse nega-  
re, siquidem Sophistæ uanis, ne dicamus interim impījs  
disputationibus, adeoq; cōtentioñib; us, longos annos de  
unitate diuersarum naturarum, in Christo produxerūt.  
Qui autem conueniret, ut propter aliorum uanitatem,  
ueritatem nos negaremus? Igitur iuxta spiritus doctrinā  
qui ait, uerbum caro factum est, filium dei hominem es-  
se fatemur, non hic gradum sistentes, sed ultra inquiren-  
tes, quid nobis profit incarnatio, quis sit usus eius homi-  
nis, qui est filius dei. Ita et iuxta uerbum Christi, HOC  
EST CORPVS M E V M, fatemur panem esse cor-  
pus, non hic gradum figentes, sed progredientes queri-  
mus, et docemus. Quis sit usus eius panis, qui est cor-  
pus Christi.

ANTIS Y N. Quod monetis ne occuper hora cœ-  
ne, consyderando miraculū. At ego non pronunciarim,  
quod quis possit se ab admiratione tanti miraculi ab-  
strahere, qui uel mediocriter pius, non autem de super-  
stitionis dico, A quo enim tanti regis præsentia nō ex-  
torqueret id officij? Itaq; siue excutiantur dentes, siue  
abscin-

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

abscindantur labia, ea est humanae naturae imbecillitas, ut circa ea uersetur, quæ magis noua sunt. Vos autem belle nobis consulitis. Adigimur, ut credamus, dum credimus iubemur cogitatū alienare. Exspectabamus fructus presentie carnis Christi, sed uacuū manibus dimitimur. Ab imaginatione carnis auocamur & uerba Christi ipsum commendant. Durius erit imperium ihs qui speciosum p̄filiis hominum cognoverunt. Imaginatio enim ubi in rem gratam inciderit, liberius sue uoluptati indulget, nisi per spiritū abducatur: facilius externis quam internis sensibus imperamus. Quæ foris obvia sunt præterimus, quæ autem introgressa & arrident, non statim loco cedunt, rectius propterea in sola memoria mortis Christi moraremur.

S Y NG. Sed uel tandem ad scripturas contrarias respondemus. Vnus est locus ex Ioann. 5. citatus, Caro nihil prodest, ad quem, uelut ad sacram anchoram, ad curritis omnes, quotquot panem esse corpus Christi negatis, & in quo aduersarios sudare iubetis. Iam quia sor dent uobis, piorum qui nostri temporis sunt, in hunc locum interpretationes, in quo carnem exponunt generiter, non pro Christi carne, sed pro ea, de qua Paulus loquitur, Caro & sanguis regnum dei nō possidebunt, & Christus. Omne quod ex carne est, caro est. Age annuemus in Augustini interpretationem qua carnem pro Christi carne intelligit, sed tantum abest, ut uestram sententiam confirmet, ut nusquam ferè potentius subuer

79

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

tat: ita enim scribit in cap. 6. Ioann. Quid est quod ad iungit, spiritus est qui uiuificat, caro non prodest quicquam? Dicamus ei, patitur enim nos non contradicentes, sed nosse cupientes. O domine magister bone, quomodo caro non prodest quicquam, cum tu dixeris, nisi quis manducauerit carnem meam, et biberit sanguinem meum, non habebit in se uitam? An uita no prodest quicq; et propter quid sumus qd sumus, nisi ut habeamus uitam aeternam, quam tua carne promittis? quid ergo est, non prodest quicquam? Caro non prodest quicquam, sed quomodo illi intellexerunt carnem? quippe sic intellexerunt quomodo in cadavere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodo spiritu uegetatur.

Proinde sic dictum est, caro no prodest quicquam, quomodo dictum est, scientia inflat sola sine charitate, igitur adiungitur, charitas uero edificat. Adde ergo scientiae charitatem, et utilis erit scientia, non per se, sed per charitatem. Sic etiam nunc caro non prodest quicquam, sed sola caro. Adcedat spiritus ad carnem, quomodo adcedit charitas ad scientiam, et prodest plurimum. Nam si caro nihil prodeisset, uerbum caro non fieret, ut habitaret in nobis. Hactenus Augustinus. Quas non debemus tibi, Augustine p[re]iissime, gratias, qui tam clare, tamq; Christiane doces, quatenus no profit, idem enim et nobis licebit de corpore Christi, quod per uerbum pani adlatu est. Nam corpus Christi nihil prodest, solum, sine fide manducatum, et ut Paulus ait, indigne,

tunc

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

tunc enim magis oberit. Qui manducat inquit, & babit  
indigne, iudiciū sibi manducat & babit, non dijudicans  
corpus domini. Itaq; adde fidem edentis ad corpus, &  
prodest plurimum. Nam si corpus nihil prodesset, cur  
esset pro nobis traditum? Cur morti adiudicatum? Item  
corpus Christi solum nihil prodest, sed quia pro nobis  
traditum est, sed quia uita mundi est. Ita sanguis Christi  
solus nihil prodest, sed prodest plurimum, quia pro  
emundatione nostri effusus sit. Adeoq; haec unica cau-  
sa est, quare edamus corpus & bibamus sanguinem eius  
in coena, nisi enim corpus pro nobis traditum esset, &  
sanguis effusus, frustra ederemus & biberemus.

ANTISYN. Scripture contrarie pugnant, pug-  
nabuntq; uobiscum, quamdiu stabunt cœlum ac terræ  
& uos à sententia uestra non discedetis. Et quanto ma-  
gis à uobis impetuuntur, tanto nos magis defendunt. To-  
tum euim sextum caput Ioannis à carnali manducatio-  
ne abaret, & nicholominus ad spiritualem blandissime  
inuitat. Verū nō erit opus eadē repeterē, satis n. in cul-  
tata essent. Iam quū nobis Augustini interpretationem  
conniuendo, relinquitis, & gratias illi agitis, quasi per  
eum nostra maxime subuertantur. Verum si ad nos re-  
mearet ille, minūmas uobis uicissim habiturus esset.  
Nam uos illum minus sincere allegatis.

Non enim loquitur de carne in pane, quemadmo-  
dum uos, sed de carne quæ nobis seruuit usque ad  
mortem, quam fatetur si hominis puri caro fuisset,

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

nullam ad reconciliandum patrem habuisse uirtutem, sed quia deo unita fuit, non potuit, non prodeesse nobis. At propterea non licebit uobis ita de corpore Christi per uerbum pani oblatum loqui, nam & Euangeliſta et Auſtinius uos praeuenit, nec patitur ut quadrent quæ dicuntur, dicit enim, Si ergo uideritis filium hominis ascendentem ubi prius erat. Quid est hoc? Hinc soluit illud quod non nouerant, hinc aperuit unde fuerant scandalizati, hinc plane si intelligerent: illi enim putabant eum erogaturum corpus suum. Ille autem dixit se ascensurum in cœlum, utiq; integrum. Quum uideritis filium hominis ascendentem in cœlum. Certe uel tunc uidebitis, quia nō eo modo quo putatis, erogat corpus suum, certe uel tunc intelligetis, quod gratia eius non consumitur morsibus. Hæc Augusti. Illi remittunt ad cœlum, uos ad mensam, & gratiam pollicentur, uos corpus. Sed quid mororū citauit supra locum ex libro de Doctrina christiana, qui ostendit quām procul à uobis dis̄sideat. Quid si non dilanietur caro dentibus, quū nihilominus loco tanta sanguinaria & gloria, indigno colatur. Nonne ineffabilis humilitatis opus fuit Christum ex Maria uirgine nasci, etiamsi nunquam fuisset crucifixus? Erit igitur etiamsi non atteratur dentibus corpus Christi humiliatum, si uel in pane esse ceperit, & carnalis fuerit cibus, unde et carnaliter intelligentur sacramenta.

SYN. Porro quod fide manducandum sit corpus & bibendum sanguis nihil admittit pani, ut non sit corpus. Ut enim

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

Vt enim non propterea Christus carne caruit, quod Pe-  
trus aut alius Apostolus ederit eum spiritualiter, ita non  
propterea Corpus Christi in pane esse negandum est,  
quod spiritualiter sit manducandum. Maria tangens Iesu  
su pedes, tetigit pedes filij dei, qui est intangibilis, car-  
naliter. Quid igitur absurdum erit, si fateamur corpus  
Christi incomestibile, carnaliter nos edere, dum panem  
cœnæ edimus? Neq; enim negauerit quispiam, non es-  
se spiritualiter edendum corpus, quod pane per uerbum  
edit. Quemadmodum nemo tam stupidus est, qui diffi-  
cileatur, uerbum Euangelijs, spiritualiter, hoc est, fide recipi-  
endum esse, ut maxime auribus carnalibus recipiat.  
Et ut fides uerbum, quod auribus capitur, pro sua ratio-  
ne recipit, ita & corpus quod pane adcipitur, pro ra-  
tione fidei adsumitur. Quemadmodum uas sulphuratum,  
uinum sapidum recipiens, non pro uiniratione recipit,  
uinum enim sapidum est, sed pro ratione sui sulphuris,  
ita corpus Christi corporale non recipitur à corde, ani-  
mo, fide, nisi pro ratione fidei, que est spiritualis, ut ma-  
xime ipsum sit corporale.

ANTIS. Imò præjudicat uestræ sententiae, mandu-  
cari fide & esse corpus in pane. Dabitur enim præter  
manducationem illam, & alia manducatio quæ scriptu-  
ris incognita. Nempe, ut non solum spiritualiter mandu-  
cetur, sed & in pane, quæ manducatio non fuerit solum  
spiritualis. Non est autem simile quod Petrus spirituali-  
ter Christum manducarit & Christus propterea carne

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

non caruerit. Non poterat enim spiritualiter carnē man-  
ducare, si carnem non habuisset, tempore inquam, illo  
quo Christum sequebatur. Videmini autem quia illa si-  
militudo uobis adridet, hypostasin ex uarijs naturis fa-  
cere, quam Ecclesia diu ignorauit.

In alio Enthymemate, sic arguendum erat. Maria teti-  
git pedes filij dei q̄ est intangibilis carnaliter. Quid igit  
tur absurdū erit si fateamur corpus Christi comestibi-  
le panaliter, oro ignoscite uerbo: Vel quod communi-  
us est, mystice & sacramentaliter edere, & sic nihil ab  
surdi, nam si more uestro loqui pergitis, absurdū nō es-  
fugitis que diximus, fecit tunc corpus suū Christus pal-  
pabile, nō aliter q̄ quam conuiueret cum discipulis. Ita  
etiam panem fecit sacramentum corporis.

Vltra, quod Euangelium spiritualiter carnibus au-  
ribus auditur, dissimilius est quām ut ostendat quomodo  
caro in pane sit. Semper enim negavimus tantam uitam  
externo uerbo concessam, quia solum extimulat ac ad-  
monet mentem. Deniq; dum dicitis quod corpus Christi  
corporale non recipitur à corde, animo, fide, nisi pro ra-  
tione fidei que est spiritualis. Velim scire an etiam eā  
dem ratione sit in pane sicut manducatur. Si non est sic  
in pane, quomodo à pane ad me uenit talis? Si autem  
ita est illi, cuius nam fide receptus in panem? neque  
enim nos credimus pani sed credimus nobis. In summa,  
quando omnino uultis carnem sua præsentia prodeesse in  
manducatione, que per uos ex spirituali quodam modo  
carnalis

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

carnalis fit, ostendere debebatis, quenam illa utilitas,  
quam non sola memoria fideli cōsequimur? Hic cessatis.

SYNG. Hinc facile manifestum fit, quo candore  
huc citaueris, eum locum qui est Ioann. 3. Omne quod  
ex carne est, caro est, quasi uero fides carnali ratione  
corpus Christi adciperebat. Sed certius uideamus, quae sit  
eius loci sententia, ut cognobile fiat, quam coacte tuæ  
sententiae inferuiat. Nicodemus cum Christo disputat  
de iustitia, existimabat enim legis iustitiam ueram esse, au-  
diens interim à Christo iustitiam aliam, fidei scilicet ex  
resipiscientie, aut regenerationis predicari: proinde  
adit Christum, iustitiae ueritatem percontatur. Itaq;  
Nicodemo due nativitates ob oculos ponuntur, sermo-  
ne ab aliquot mudi elementis mutuato. Altera est, è car-  
ne, hoc est, è terra ( caro enim terrena est ) crassiori ele-  
mento, ut Gene. 3. de terra sumptus es. 1. Corin. 15. Pri-  
mus homo de terra, terrenius. Altera est, ex aqua, & aë-  
re, & alibi, ex igne subtilioribus elementis. Hec igit  
tur germana eius loci expositio est, ex Christi senten-  
tia. Antea quidem Adam de terra creatus, terrestris  
crassus, & carnalis factus est, & quotquot ex eo pro-  
pagantur, terreni, crassi, & carnales generantur, ut ea  
generatio non usq; adeo in bonum cesserit. Omnes enim  
ex carnali & terreno Adamo caro & terra fiunt, ni-  
hil præter carnem & terram capientes, & sapien-  
tes. Detrusi namq; in carnis ergasculum, iustitiam ue-  
ram, altam, coelestem & spiritualem apprehendere ne-

81

S iiiij

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

queunt, Nam non est hæc uera iustitia, quæ per legem, aut legis tumultum extorquetur, neque ea quæ hypocri si carnis fingitur, si .n. uera esset, non in malum ceſiſſet prima natuitas carnalis & terrena. Iam cum uera iuſtitia de cœlo oriatur, opus igitur erit, altera natuitate, & regeneratione, sed ex subtilioribus & sublimioribus terra elementis, hoc est, ex aqua & aere. Omnino enim eo loco Christus uocabulis carnalibus utitur, sub meta phora longe aliud intelligens. Nam quod inquit, oportet uos nasci ē supernis, nondum prima facie ad regenerationem cœlestem respicit, sed ad regenerationem ex superioribus, ut uocant, elementis, quasi dicat, quod de terra natum est, ex carne male ceſſit, igitur alia querenda est natuitas, quæ ē superioribus terra elementis fiat, nempe aqua & aere. Sub hac autem loquitione carnali, quid aliter intelligeret quam ueram regenerationem, quæ ē supernis, ē cœlo fit, ex aqua, hoc est, mortificatione, & uento, spiritu, uel aere, quia est uitæ spirantium, hoc est, uiuificatione spiritus, constantem: quod aliâs unico resipiscientie uocabulo exprimitur: Eat nūc aliquis & glorietur Christianos carnales fieri, quod carnem Christi edant, non enim habebit ex hoc loco, quod ex carne est, caro est, sive opinionis asylum. Nam aliud est ex carne Adami generari, aliud ex carne Christi. Qui ex carne Adami sunt, ij caro & terra sunt. Qui uero ex carne Christi sunt, hoc est, qui carnē Christi, non solum edunt pane coenæ, sed & credunt, ij spiritus

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

spiritus sum. Edere namq; corpus domini, parum pro-  
fuerit, imò potius obfuerit, nisi fide edas, quemadmodū  
audire Euangelion quid proderit, nisi & spiritu audie-  
ris? An autem Euangelion externum, non ideo Euange-  
lion erit quod spiritu audiendum sit? Ita quis colligere  
auderet, panem cœnæ non esse propterea corpus, quod  
corpus Christi fide edendum sit?

ANTIS. Non dū penitet, citasse ex Ioanne. Omne  
quod ex carne, caro est, simpliciter enim factum excu-  
satione non eget. Quid ad me, si quis ex candido faciat  
atru, modo id citra culpam mēā? Generalis sententia est,  
sicut si dicamus, simile parere sibi simile. Adami aut cā  
ro nōnne & in Christo fuit uere, et absq; peccatis, alioq;  
nos non redemisset, igitur si caro substantiue panis, &  
est hic etiam Adami primi caro sicut asseritur, dū panis  
comeditur, & caro quoq; editur, quod si in pane editur,  
& panis est corpus, carnale profecto quiddam agitur,  
quamuis uos recte dicitis, quod credimus intrat mentē  
& nō uentrē. Et quando fit illa panis & corporis mors,  
hoc est dissolutio? Mira res, panis substantialiter est  
caro, uel in se gerit carnem & non ingreditur caro in  
uentrem? honestior itaq; panis quam carnis natura, si  
panis esset animatus, in promptu nimirum uobis esset,  
quod responderetis, panis est panis, sed anima panis  
Christi carnis capax est.

De Euangelio externo abunde satis dictū quod sen-  
tentiam uestram non confirmet, sed si uultis externo uer-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

bo sacramentum cōferre, sicut catholica sentit ecclesia,  
sepe testatus sum nihil inter nos esse dissidij, modo non  
fiat ex uerbo externo idolum.

82 S Y N. Iam qd' ex Matth. citatur. Quod intrat per os  
hominis, non coinqnat hominem, citius uestra demoli-  
tur, quam nostra. Nam si panis pro uestra sententia, nō  
fuerit corpus Domini, non coinqnabit comedus. Quid  
igitur Paul. inquit: Quisquis ederit panem hunc, aut  
biberit de poculo Domini, indignus, reus erit Corporis  
& sanguinis Domini. Et postea, Qui edit et babit, in-  
digne, iudicium sibi edit & babit, non dijudicans Cor-  
pus (non ait signum corporis) domini. Occines ne Pau-  
lo, quid de indigno esu clamitas, quando quod intrat in  
os hominis non coinqnet hominem? Vide Oecolampa-  
di ò noster, ne uobis authoribus discamus interim quid  
sit rō σοφισέυ&p. sic autem intelligendus est esus panis  
cœnæ, qua enim panis est, ita nec contaminat, nec san-  
ctificat, qua uero per uerbum est corpus Christi, ita &  
cōtaminat indignus edentem, & sanctificat digne & fi-  
deliter manducantem. Siquidem Christus ait. Iam uos  
mundi estis propter sermonem quem locutus sum uobis.  
Et postea, Sanctifica eos per ueritatem tuam, hoc est, ser-  
monem qui ueritas est, Corpus autem propter uerbum  
pane cœne sumitur. Proinde ut uerbum sanctificat cre-  
dentem, ita & corpus, & ut uerbum sordidat, contami-  
nat impium, ita corpus inquinat impie manducantem.  
ANTIS. Quid quæso sophistices in uerbis meis  
uspiam

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

uspiam occurrit. Ego si Sophistam agerem, multo aliter  
copiae meas instruerem. Qui sciunt quid sit Sophistice,  
Deprehendant utri σοφίστως instent, utri ma-  
gis aliorum dicta eleuent & sua maioris faciant, utri  
plus simulent. Hoc modo Papistæ nos perpetuo eludent,  
ut populum moneant ne sophistas audiant, quum ipsi  
preter sophisticen nihil teneant, ueritas autem ipsa se  
manifestet. Est enim & hæc generalis sententia. Quod  
intrat in os non coquinat hominem, unde ex dicto Hie  
remix etiam non sanctificat. Atq; adeo uos qui panem  
substantialiter esse corpus asseritis, probatis panem in-  
trare in uentre, sed id quod creditur, intrare in ani-  
mam. Annon hoc dicto ad nos accedit? Iam sententia  
huius dicti non procul est ab eo, quod Io. 6. dicitur ca-  
ro nihil prodest. Ad Paulum supra respondimus, & be-  
ne ostendit exemplum sceptri confracti. Quæ enim diga-  
nitas sceptri per se, & quid mali si confringas: ubi au-  
tem symbolum cognoveris esse magistratus, quod ille  
uult non in honeste tractari, nonne confringendo magi-  
stratum offendaris, & fortasse grauius punieris, quam  
si homicidium admisisses? Testamini & uos panem ut  
panem non habere à natura sua, ut hominem uel melio-  
rem, uel deteriorem reddat, sed ut uerbum habet, tam  
efficacem. Quod sirecte intelligatur, non omnino  
intollerabiliter, imò pie dictum foret. In hoc enim  
sanctus Panis est, quia sanctæ memoriae beneficio-  
rum Christi ac charitatis usui consecratus est ac seruit,

## ANTI SYNGRAMMA AD SVEVOS

unde qui tanti symboli stimulo non excitantur ad diligē  
dū proximum quem cognoscunt tam precioso tanti do  
mini corpore liberatum, impudentia nec ipsis iudeis ce  
derent. Proinde cante & apposite Paulus de symbolo et  
eſu loquens panem nominat, ubi autem de contemptu et  
iniuria, corporis Domini meminit, quum antea signū  
cōmemorasset. Ceterum quando de uerbo externo ite  
rum monetis, quod mundet ac sanctificet, nihil ad pro  
positum, non ignoramus n. quis nos intus mundet: uer  
bo externo vires ascribere tantas non licet. Alioquin &  
Iudam sanctificasset.

83

S Y N. Iam quod ad tuas auxiliares copias etiamnum  
pertrahis, quod est Matth. 24. scriptum. Ecce hic Chri  
stus, ecce illic, nihil iuuabit: confunderis pro cōmuni ex  
teriorū auxiliorum iudicio ab hoc exercitu, longe enim  
aliā hastam fert, quam tuae pugnæ ad cōmodam. Nā illic  
de pseudoprophetis sermo est, regnū Christi in cōscien  
tia, alioqui liberū, nulli loco, nulli tempori, nulli perso  
næ adiectū, captiuantibus, & ut Paulus inquit, conscienc  
iam cauterio notantib. Alioqui, si de externo Christo  
aut de corpore eius carnali intelligendū esset, nemo po  
tuisset de Christo in coena sedēti dicere. Ecce hic est Chri  
stus, aut de corpore eius in cruce pendenti, ecce hoc est  
corpus Christi. Neq; post glorificationem licuisset Ste  
phano dicere: Video cōelos apertos, & Iesum stātē à dex  
tris dei. At bene est, Christus ipse ex hoc scrupo suos  
exemit, dicens apud Luc. Regnum dei nō uenit cum ob  
seruatione,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

Seruatione, Christi enim regnum libertatis regnum est,  
nos de corpore non de regno differimus. Aliud est reg-  
num Christi, aliud corpus, de quo abunde satis Luthe-  
rus, magnus ille nos<sup>o</sup> Bau<sup>o</sup>mas o<sup>o</sup> Christi Euāgelistā in.<sup>z</sup>  
libello contra pseudoprophetas.

A N T I S Y . Responsum est in libello meo, quare hæc  
uerba domini in medium tulerim, nonne quod monetis  
prior ipse testatus sum, & Lutherum magnum meo iu-  
dicio, & incomparabilem alioquin uirum: neglectum  
putatis? Nam post hæc uestra uerba subieci, hinc disci-  
non expectandam corporalem præsentiam, usq; in illius  
diem, neq; plures quam duos aduentus Christi in carne  
secundum scripturas notos. Nihil uidetur illis dictum,  
sicut fulgur ab Origente usq; in Occidentem, ita erit ad-  
uentus filij hominis, hæc uerba sunt, quam candide igi-  
tur mea citetis, omnes qui conseruent, uidebunt.

S Y N . Sed Christus ait, abiit & sedet ad dextram  
patris, & misit spiritum sanctum in corda discipulorū.  
Nam inquit, nisi abiero paracletus non ueniet. Heus tu  
ita ne abiit, ut suarum rerum nihil nobis post se relique-  
rit. Abiit ergo & remissio peccatorum, abiit & sanctifi-  
catio, adeoq; omnis iustitia, abiit & spiritus sanctus.  
Siquidem hæc omnia Christi sunt. Adhuc igitur pecca-  
tores sumus, adhuc damnati: nos miseris, quis nos libera-  
bit à Satane fauibus? Sed gratias agimus tibi Domine  
Iesu Christe, quod te non sic abstuleris, ut nihil tuarum  
rerum nobis reliqueris, Sedes tu quidem ad dexteram

84

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

patris, sed interim tamen nobis dona tua non denegat, non ut inuidulus quisquam occultas. Nonne spiritus sanctus Christo agnatisimus, adeoque ab ipso inseparabilis? Inquit enim apud Prophetam: Spiritus domini super me, eodem quod unxit me, et alibi. Vinxit te deus, deus tuus oleo leticie praे confortibus tuis. Communicat tamen Christus spiritum suum piis, et mittit eum in corda ipsorum, manens interim ad dexteram patris sedens, nulla parte disiunctus. Sed quo communicatur Verbo, ita legis Act. 10. Adhuc loquente Petro uerba haec, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonem, Quo cecidit, aut quo uehiculo adiectus est? Verbo Euangeli: Verbum enim spiritus uehiculum est. Cur igitur spiritus non omnibus uerbum audientibus datur? in promptu est ratio. Nam uerbum in omnes gentes propagatur, sed reuelationem spiritus uerbi, dominus sibi soli reseruauit aperiendam, cui et quando uoluerit, ait n. Miserebor cui uoluerio. Iam si spiritus sanctus uehiculo uerbi nobis aduehitur, manens interim Christo in dextera patris sedenti coniunctissimus, cur eodem uerbi uehiculo non posset ad nos aduechi corpus et sanguis Christi? quando ut ita loquamur, spiritus sanctus Christo multo coniunctior sit corpore et sanguine eius.

ANTISY. Talibus argumentis si in scripta uestra irrumperet, quis me peius audiret? Dixi ego Christum nihil suarum post se rerum reliquisse? ut ita exclarare oporteat, abiit remissio peccatorum, abiit sanctificatio

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

ficatio, ab iusta iustitia, ab iusto & spiritu sanctus. Quis negat ecclesiæ datum spiritum sanctum, uel remissa peccata, uel sanctificatam ecclesiam? Quasi uero, ut haec assint, præsentem adesse carnem domini oporteat. Ascendit inquit in altum ex dona dedit hominibus. Non erant enim ante ascensum eius expectanda haec dona.

Quod ad gratiam attinet & protectionem, dominus manet cum suis semper: quod uero ad corpus, in cœlis residet, qua sua gloria fidem atque spem nostram multo maxime confirmat.

Quam dextre autem de spiritu sancto differatis, non est præsentis temporis repetere, tandem intelligam quatenus profeceritis: supramodū adlubescit uobis spiritus sancti uehiculum esse uerbum, quod dictum & mihi arsis donec periculum feci, quam crasse de rebus diuinis loquantur homines. Iam quomodo cohærent uerba illa, uerbum in omnes gentes spargitur, sed reuelationem spiritus uerbi, dominus sibi reseruauit aperiendam cui ex quando uoluerit. Includitur & uchitur spiritus uerbo, & reseruatur a domino. Sane hoc recte quod dominus reuelationem sibi reseruet aperiendam, annon & spiritum apud se retinet eumque spirat ubi & quando uult? Nunquid spiritus uerbo externo inest? Nos tempora spiritus sancti sumus, non uerbum, non sacramenta, non ullæ aliae corporales creature. Admonendo prodest uerbum & interim si uoluerit donū suū communicat spiritus sanctus. Sane quod ex actis citatur, non illuc pertinet, loquente

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

enim Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus. Quo con sequitur uerbis datum donum hoc, quamvis etiam hoc loco donū est spiritus sancti, sicut mox exponetur, igitur minoris allusionis conjectura est, corpus Christi in cœlo esse ac in terra, quid qd' & in specie licet unū sit donū spiritus, plura tamē numero fuerūt, sicut & actiones numero distinguuntur. Hæc frustra opponitis, adhuc in limine hærentes, ut uerbo probetur, corpus et sanguis esse adducta in panē. Minime artis fuerit pluria uerba profundere, nos solidiora expectamus quæ coarguat:

85

S Y N. An adhuc imaginaris de aduentu quopiam humilationis & glorificationis: quasi uero nouus Christi aduentus sit, si uerbo nobis mittatur uel spiritus sanctus uel remissio peccatorum, uel iustitia, uel corpus et sanguis eius. Non enim quipiam aduentus est Christi, quemadmodum initio carne uenit, nouissima gloria uenturus, sed doni communicatio, & distributio est. Siquidem uerbum, ea que in primo aduentu Christi nobis a latu & impetrata sunt, ea conseruat & nobis distribuit. Impetrata est remissio, ea uerbo conseruatur. Allatum est corpus, allatus est sanguis, nō talia, qualia Adam habet, sed uiuificantia, & sanctificantia. Hæc uerbo conseruantur, manente interim Christo summo pontifice & sacerdote à dextris patris, nec in multos Christos diuisio, unus enim est Christus, sic & unū corpus Christi.

A N T I S. De spiritu sancto, de remissione peccatorū, de iusticia, aliter loquimur, quam de presentia corporis,

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

poris, corpus enim ut uerum corpus sit, non nisi aduen-  
tu & abitu adest & abest, id quod & de angelis corpo-  
re carentibus dicimus. Ceterum quomodo dona conser-  
uentur uerbo, manifestius dictum uelim. Tota enim di-  
sputatio uox nostra consistere uidetur in uerbi quam non  
satis à uobis cognitam superius commonistratum est.

S Y N G. Et ut non multi fiunt Christi ex creden-  
tium in Christum multitudine, ita non fiunt multa cor-  
pora ex manducantium numero. Nonne uerbum ab ore  
hominis auditū unum est, manente tamen apud loquen-  
tem, distribuitur interim, manente etiam eius unitate, in  
multos auditores. Sic & unum corpus Christi per uer-  
bum in pane multis manducantibus distribuitur, ma-  
nente interim cum Christo à dextris patris sedente, ma-  
nente etiam corporis unitate.

A N T I . Si spirituales Christi carnem, sola spirituali  
manducazione dicerentur edere, seruiente in hoc pane  
dominico, non contradicerē, sed quia hypostasis quan-  
dam in pane ponitis duarū naturarū uel trium uel qua-  
tuor, ubi multis in locis hypostases illae numerantur, &  
multi Christi numerantur, fiet̄q; Christus μύστοις uia-  
toꝝ, quid multis? si corpus dixero esse in varijs locis,  
iam de ratione & ueritate corporis aliquid decedit.  
Neq; eadem ratio est cū uerbo & re corporea, quam-  
uis & nisi in aëre sit continuū, non erit unū: nec unum  
uerbum est, quod aliis audit trans alpes & aliis cis al-  
pes, si non unico flatu perficiatur: at nō sic diffuit cor-

86

T

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

pus, id enim plane esset contra corporis ueritatem.

S Y N. Ceterū minutius & ab hac causa alienius est,  
87 quod ex 1. Cor. 5. citatur. Nos neminem nouimus secundum carnē, porro etiam si cognouimus Christū secundū carnem, nunc tamen non amplius nouimus. Quid igitur? Ergone Christus non habet carnem, quod non amplius secundū carnem eum cognoscimuse absit: Nisi enim carnem haberet, non uere resurrexisset, non eadem specie qua ab oculis nostris sublatus est, ad iudicium uenturus esset. Proinde Paulina sententia est, nunc non licere nobis carnalia querere, uetera præterierunt, noua sunt omnia, spiritualia querenda sunt. Nam in hoc loco, Christum cognouisse secundum carnem, non est ipsum uidisse & facie agnouisse, sed in Christo carnalia quæsiuisse, ut sunt regnum mundi, gloriatio carnis, corporis sanitas, quod ante passum Christum Apostoli fecerunt, id quod ex contentione eorum Matth. 20. manifestum fit. Nonne Christus adhuc hodie homo est, sed non agnoscimus eum secundum hominem, hoc est, non licet in eo humana querere? Ita panis cœnæ per uerbum corpus Christi est, sed in eo non querimus corporalia, nec carnalia: non enim ut uenirem repleamus, edimus, sed ut mentem pascamus.

A N T I. Non recordor an ego hoc argumento usus sim, sed Augustinus sanè utitur eo, ut ad sublimiora ducat, sicut & Paulus ipse, certe & hoc esu nō carnali modo editur caro, sicut nec in carnali regno inuenitur Christus. Perpendite autem uerba uestra, dum dicitis, panis cœ-

IOANN. OECOLAM. AVTHORE.

ne per uerbū corpus Christi est, sed in eo nō querimus corporalia, nō.n. ut uentre repleamus edimus, sed ut mentem pascamus. Quid hoc est dicere, querimus fontem, & non querimus aquas? Ipsam carnem querere, est carnalia querere. Nam ad pascendam mentem, tam non est opus carnis Christi, quam mea præsentia.

S Y N. An adhuc audetis adseuerare, similes esse locutiones. Ego sum uitis uera, ego sum fons uite, ego sum panis uiuus, cum ea quæ in cœna facta sunt, ACCIPI TE & EDITE, HOC EST CORPVS MEVM. An nondum imaginatio tropi excidit? Adpellamus, o Oecolampadi, tuam ipsius conscientiam, num constanter similes esse locutiones tecum senties? sed quid faciunt circumstantiae in uerbis cœne, quib. priores locutiones carent? Nam quod scribitur, Iesus accepit panem, fregit ac dixit. Accipite, edite, hæc uniuersa manifestissime probant, panem non tropicum intelligendū esse. Iam quod additur, quod pro uobis traditur, circumstantia est, quia non tropice, sed in sua nativa significatione corpus adcipi intelligitur, in alijs locutionibus harū circumstantiarum nihil reperies. Non.n. accepit uitem in manum, & dixit, ego sum illa uitis, nec fontem dicendo, ego sum ille fons, nec alibi panem, ego sum panis uiuus. Sed finge similes esse locutiones, Corpus ergo sumitur ut uitis, ut fons? At uitis & fons iam non significant uitem naturalem, aut fontem aquæ, sed ab hac nativa significatione dimota sunt. Proinde & corpus in

88

T ij

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

hac loquutione. Hoc est corpus meū, iam non accipietur iuxta uestram sententiam pro naturali corpore, sed pro spirituali, quemadmodum Christus spiritualis uitis, fons & petra dicitur, quid autem hoc absurdius excogitari posset? Corpus ne spirituale pro nobis traditum est non corporale? Quid noui audimus? quid ex corpore Christi tandem fiet?

ANTISYN. Audemus in domino, & bona conscientia etiā de his tropis loqui, ut quomodo alibi Christus se panem dixerit cognoscamus. Quomodo n. panis esset figura corporis, si Christus se non dixisset panem quendam admirabilem? Neq; interim per omnia similes loquitiones esse dicimus, quamvis interim non ignorrem, panem illum uerum panem fuisse, & hodie esse, sed huic usui adaptatum, quid significet per Christū docetur.

De corpore autem argumentum quomodo tropū admittat, partim supra, partim in Epistola ad Billicanum ostendi, & quod nihil impedit, quod scribitur, Hoc est corpus meum, quod pro uobis traditur. Nam si de imagine Hectoris dicam, uides Hectorem qui Patroclum occidit, quis non intelliget Hectorem figuram Hectoris dici, nec suspicatur figuram Hectoris occidisse Patroclum. Itaq; parum officiose obijcitis, quasi ex uero corpore faciamus spirituale, nobis uero uiciissim cōqueri licet, idq; uerius. Quid tandem fiet ex corpore Christi? Quod nisi in pane recipiam, uerar ne minus sit meum. Verum esse

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

esse contenditis, sed eo loco & modo, ut à ueritate prorsus abscedat corporali, & nihil faciat, nihil ferat, nihil prestat, quod corpus, & absq; omni usu. Quid igitur tandem fiet ex corpore? Iterum est in manibus impiorum, iterum humiliatur, iterum ministrat. Et quid tandem fiet ex corpore? Nos uolumus corpus Christi esse in celo loco decentissimo, eò quod uere humiliatum usq; ad mortem crucis, & audimus quid fiet tandem ex corpore?

S Y N. Porro quando superna querenda sint, & nō terrestria, prætereū in sacris operationibus adclamatū est, Sursum corda, non ad panem corda, num ideo pax nō erit corpus Christi? Mirabilis dialectica, nā hac ratione, neq; unquam audiendum esset Euāgelion, neq; que fratri sunt querenda essent. Siquidem que sursum queri oportet. An non querimus in cœna que sursum sunt? Corpus querimus quod pro peccatis nostris traditum est, sanguinem querimus, qui in emundationem nostrī effusus est. An igitur peccatorum remissio & emundatio, ac sanctificatio nostri, non sunt cœlestia? Audiimus hic auribus Euāgelion, in quo est uita, salus & potentia dei, sed quia aduertimus quid dicatur, quid donorum nobis per uerbum adseratur, num terrestria querimus?

ANTIS. Nondum hic diluitur, quod obiectum est, Paulus enim hoc agit, ne internus homo humiliaret, sed à mundo, clementisq; mundi peregrinetur. Corpus au-

89

T iiij

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS.

tem Christi impanari, tam humile quiddam docet, quam religio angelorum. Angusta res mens est humana, et nequit uno oculo ea que in cœlo, et in terra simul contueri. Si Christū querit in cœlis ad dexteram patris, non eum in pane querit. Et uicissim si in pane, non in cœlo. Corpus autem et si maxime in duobus locis esse queat, his manu tamen mens simul et semel illud in uno tantum loco querit. Videlis igitur, quam non sit inepta dicitur. Proinde cum dominus Iohannes spirituale mandationem commendaret, dicit: Hoc uos offendit? Quid igitur si uideritis filium hominis ascendentem eō ubi prius erat? Quibus nimirū uerbis à terra in cœlos ducit. Aut dicite num panis uobis cœlum? Num in pane delitescere, est sedere in gloria patris? At uos multo mirabiliore et inconcinniore dialectica dicitis. Igitur hac ratione non querendum Euangelium, neque ea que fratriis querenda. Vtrūq; contra mentē Christi infertis. Etenim iubens nos benefacere pauperibus ac fratribus, dixit, pauperes qui de semper habetis uobiscū, me aut nō semper. Mente quidem corpus Christi in cœlo requirendū, officijs autent membra eius in terra sunt souenda. Sic et de externo Euangeliō fas est loqui. Stimuli quibus mens nostra excitatatur ferendi sunt, sed audiendus magister ille unicus, qui in cœlis, qui ubiq; gratia, corpore tamen in cœlo residet.

Remissionem peccatorum et emundationem ac sanctificationem non

IOANN. OECOLAM. AVTHORE

Etificationem noī nego esse dona cœlestia. Nam et cœ-  
litus data, nō à pane, neq; à sonis uel syllabis uerborum,  
neq; data sunt elementis scd nobis. Certum est, si in ex-  
ternis uerbis quæratis uitam, salutem & potentiam dei,  
non querere uos cœlestia, neq; est uobis unicus magister  
in cœlis. Non enim per uerbum externum dona illa af-  
feruntur, sed per internum, quod cordibus nostris deus  
loquitur, ad quod audiendum externū uerbum nos ex-  
timulet. Quod si recipiendus sermo uester de uerbo ex-  
tero, facile adducar ut & in sacramentis non sit abso-  
nus. Eodem enim officio funguntur uerba & sacramen-  
ta. Admonent uerba, admonent & sacramenta. Intus  
autem est, qui sua in nobis operatur opera. Proinde ni-  
bil est qui plantat uel rigat, siue hoc faciat uerbis, siue  
sacramentis, sed deus qui incrementum dat.

90

S Y N G. Ita in pane cœne propter uerbum, audis  
ne: propter uerbum, quærimus pacem, gaudium, uitam  
remissionem peccatorum. Q uis nunc calumniabitur nos  
carnalia, & non spiritualia querere?

A N T I S. Audio fratres, audio, audio nomen uerbi,  
sed doleo non meo, sed uestro nomine. Gratiae Christo,  
nondum ita occalluerunt aures, sicut quibusdam. At  
uos non possum per omnia excusare, quin carnale quip-  
pian requiratis. Quandoquidem omnia, que hic  
enumerantur, gaudium inquam, sanctificationem &  
remissionem peccatorum non ui uerborum externorum,

T iiiij

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

uel sacramentorum tribuimus. Etenim absq; illis haberi possunt, non tamen cum illorum contemptu. Corpus Christi in pane, neq; spem ingrediendi cœlum neq; nauicam mundi neq; contemptum periculorum neq; fiduciam spiritus, neq; alia bona operatur, que nobis continentur, dum illud eò ascendisse credimus quò nos aliquando sequuturi sumus.

91 SYN. Proinde abeat humana ratio, facescant carnales argutiae, discedant à ruxinat uires, adeoq; tergiuersationes, interim parum candidæ. Nos diligenter collatis rationibus, cogimur à spiritu uerbi fateri, pâ nem coenæ esse uerum Christi corpus, neq; tropicū, neq; hydropicum, sed illud ipsum, quod pro nobis traditum est, non detrahentes interim Christum à dextris patris, sed donum corporis & sanguinis uerbo commissum, et cōseriatum & per uerbum ad panem aduectum, summa animi gratitudine suscipientes.

ANTI SYN. Hoc est apud uos & ut renuntiemus sensui, ubi Christus non iussit, ubi nullus articulus fidei monet, ubi nulla scriptura cogit. Breue profecto compendium ad statuendos quantoslibet errores. Quin hæc uobis ipsis rectius occini possunt. Nam tergiuersationibus ualeatis plurimum, si qui unquam ualuerunt. Quid n. in toto libro aliud, præter tergiuersationes, & argutias, ut taceam Moabiticum illum fastum, qui se subinde prodit, congesistis? Hinc enim, quid soli di, quid sancti, quid candidi proferre quis poterit, ut appareat

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

pareat religiosa & speciosa dictio facies. Nihil minus colligitur, quam quod iactatis. Contulimus et nos rationes trutina, ut in deo fidimus, multo iustiore, & comperimus frustra laborasse uos, tam in nostris refelz lendis, nisi quod nunc iniuctiora stant, quam in uestris excitandis. Fundamentū enim posuistis, quod non oportebat, nempe in externa uerbi tantam uim colloca= tam. Vnde haud mirum, si superuacaneus habeatur internus ille magister Christus, quod est reuera supra harenam edificare. Non uoco literam simpliciter ha= renam. Bona enim est ac sancta, sed si uis tanta ei tribua= tur, uerissime harena est. Non est enim regnum dei in= sermone, sed uirtute. Virtutem autem nobis, non uerbis tribuit preceptor dome sticus, & quamvis illis ignauas mentes, idem potens & operans in uniuerso mundo, ex= citet & admoneat, sic tamen organis utitur, ne supra id quod sunt, eis tribui uelit. Si enim Paulus et Apollos illa electa dei uasa nihil sunt, quamvis incomparabili= ter suis uerbis uel scriptis sanctiores, ueraq; spiritus sancti receptacula essent, ne tamen quis aliunde pende= ret, quam doctore mentium, eternaq; ueritate, se nihil esse testati sunt. Aut si hoc pium est asserere, acceptum ferat uinitor ligoni uindemiam uberem, & agricola uo= meri messem diuitem. Adhortor igitur & ego, ut face= cant argutiae & tergiuersationes, magis callidae quam candidae. Propellatur puerilis illa rixandi libido, ne= dum sobrie sapere uolumus, non contenti panem fateri

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

corpus tropicum, conuincamur mentem habere hydro-  
picam, et dum simulamus gratitudinem animi summam,  
per uerbum corpus ad panem aduetum, reuera pane  
celesti destituamur. Etenim is qui in nobis fidem opera-  
tur, ut sponte sequatur trahentem patrem, et audia-  
mus loquentem, concedit ut omnia quae Christi sunt, no-  
stra dona esse confidamus.

S Y N. Nam ut nec hoc prætereamus, quamvis pusilliū  
92 quod in Mar. 14. hec uerba, HIC EST SANGVIS  
MEVS noui testamenti, leguntur dicta, postquam ex ca-  
lice biberant, figuram esse περιβολης, alij Euangeli-  
stæ testantur, id quod non infrequens est in scriptura.  
Sic et Ioan. 18. Misit eum Annas uinctum ad Caypham,  
que posterius dicta, mox sequi debuissent, post hec uer-  
ba. Adduxerunt eum ad Annam, primum sequitur, et  
misit eum Annas ad Caypham uinctum, nam negatio-  
nes Petri, inter has duas clausulas interiectæ, alijs Euan-  
gelistis testibus, in domo Cayphae factæ sunt. Ut ergo  
clarius hic interpres dixisset, miserat, ita alibi in Mar.  
manifestius fuisset, dixerat, quam dixit. Sunt enim Aori-  
sti ἐπειδὴ τὸ οὐρανόν, à quibus nō est aliena ὑπερ-  
έω τελυκὴ significatio.

ANTISY. Quærere apud Marcum figuram περιβο-  
λης coguntur hi, qui genuinam sententiam non recia-  
piunt. Nullus enim nodus de Eucharistia sobrie sentien-  
tes illuc moratur, siue sit prothysteron, siue non sit. Nam  
ueris

IO ANN. OECOLAM. AVTHORE

uerisimilius est contrarium. Verecunde hac re cum Billicano uiro & pio & erudito affatim egimus.

SYN. Habes nūc Oecol. frater in Christo amicissime, que super hac Eucharistiae causa, libello tuo edito moti, contulimus, non diserta, sed fortia: non erudita, sed pia: que si pro charitate receperis, agemus Deo gratias: si respueris, aut nos contempseris, id quod longe absit ut de te suspicemur, orabimus tamen Dominum, ut suo fauore adfulgeat, & que pacis sunt, tribuat. Quod enim incendium in Ecclesia Satan excitabit, si in hac diuersa collatione manu Domini destituti fuerimus? Itaq; si qua consolatio in Christo, si quod solatium dilectionis, si qua communio spiritus, rogamus ne nascenti Euangeliō hac occasione offendiculum præbeas. Sanctior sit ueritas, sanctius sit tibi uerbum Domini, quam ut carnali adiunctione sordidetur. Dominus tecum. Ora pro nobis. Vale, ex congregacione nostra  
Hale Suceorum. 21. die Octobris.

93

Anno Domini. M. D.

XXV.

ANTISYN. Habeo fratres quod obtulisti, & uos neutquam contemno, etiam si minor esset uester in rebus pijs seruor. Sed ea que scribitis, minime probare possum: sunt n. mea sententia uere magis diserta, hoc est, fucata, quam fortia: & non tam sancta, q̄ in speciem eruditā. Nō n. uere crudita possum dicere: Vestrū in iudea-

## ANTISYNGRAMMA AD SVEVOS

gando uero studium, nec uos damno, si non, quod oportebat statim assequimini. Verum non possum propterea negare, uel recantare, id quod uobis nondum reuelatum video. Neque ego propterea noui incendij futurus sum author, sed si quod Satan excitarit, odio lucis excitabit, neque hoc erit nascenti ecclesiae offendiculum, sed gratissimum officium. Profecto animus meus, neque a fide in Christum, neque a charitate alienus comprobabitur. Manebit in adulterata ueritas, quantum a me cognoscitur, eius autem cognoscendae Gnomon perpetuus erit, Patris celestis gloria. Denique oro, ut si qua duriora uerba in confictu prouolarunt, ea non in uestri ignominiā dicta, quibus optime tcelim, sed in ueritatis patrocinium assumpta interpretemini, id quod de benignitate uestra mihi polliceor, quandoquidem ut fratrem ad huc salutatis, quamuis parum fraterne exceptum, ita morbi, quo uobis laborare uisus, grauitate expostulante, et ego inuicibilicem seruabo charitatem. Fortassis benignus pater misericordiarum non diu hac molestia exercebit suos. Quem et uos precibus sinceris interpellate, ut emitat ueritatem ac lucem suam, quibus ad sancta tabernacula introducamur, Amen.

# ERRATA HVIUS LIBRI.

## A

Pagina.3. uersu.19. lege, conuiueretur. Pag. 4. uer-  
su.5. lege, retinens. Eadem pagin. uers.21. lege, si qui,  
Pag. 5. uers.25. lege, resurrectionis, Pag.10. uers.13. lege, id genus. Pag.13. uers. 19. lege, communem. Pag.  
14. uers. 9. lege, gratiorem rem margarita quavis dedit.  
Pag.15. uers. 10. lege, autem &c.

## B

Pag. 1. uers. 1. lege, Sibi. Pag. 3. uers. 7. lege, irroget.  
Eadem pag. uers. 8. lege, deq;. Pag. 5. uers. 4. lege,  
procata. Pag. 7. uers. 10. lege mysterijs. Pagin. 9.  
uersu. 4. lege, uel argenteis administrabantur, &c.  
Eadem pag. uers. 6. lege, planeta. Pag. 10. uers. 15.  
lege. In summa, desist. Pag. 11. uers. 25. lege, qua &c.  
Pag. 16. uers. 8. lege, Sane.

## C

Pag. 1. uers. 11. lege, siue. Pag. 2. uers. 1. lege, interz  
prete. Vers. 18. lege, texat. Pag. 3. uers. 12. lege, tu  
Lutheri. Vers. 23. lege, fuerat. Pag. 5. uersu. 9. lege,  
nondum reuelaretur, cogitans. Eodem uers. lege, ab-  
iectus. Pag. 6. uers. 5. lege, Atqui. Pag. 10. uers. 1.  
lege utriq;. Vers. 4. lege, penetrant. Pag. 11. uers. 19.  
lege coniungatur. pag. 15. uers. 1. lege Azimorum.

## D

Pag. 1. uers. 2. lege. Ad hoc. Eadem pag, uers. 8. lege.  
palingenesia. eodem uers. lege. in eo. pag. 3. uer. 20.  
lege. & quomodo conspectus. pag. 4. uers. 1. lege,

ad uos. pa. 5. uer. 24. lege, cibum parabiliorem.  
pag. 6. uers. 23. lege, ἀλλόφυλον. pag. 7. uer. 8.  
lege, innotescit. uers. 10. lege, opinor uers. 11. lege,  
Accipit. pa. 9. uers. 22. lege, Aegyptiorum uers.  
ulti. lege, ut liberaret, etiam occisum pag. 11. uers.  
12. lege, habeatur uers. 15. lege, arbitrentur. Eadē  
pag. uers. 22. lege, quod facere patres neutquam de=  
buerant. pa. 12. uers. 16. lege, oro autem discamus.  
pa. 13. uers. 22. lege, nesciens quo uers. 23. lege, pla=  
cere Deo studebant pa. 15. uers. 11. lege, intelligi=  
mus operatione graui onerati sumus, sed. eadem pag.  
uers. 20. lege, temere pa. 16. uers. 14. lege ab exerci=  
tatisimis.

## E

pag. 3. uer. 17. lege Analogia pa. 8. uer. 3. lege,  
saluo sensu uers. 10. lege, extuderat uers. 12. lege,  
Troilus armis pa. 11. uer. 1. lege, nō bibit uinū nouū,  
sed tale, uers. 20. lege, proprie corporalem. Eodem  
uers. lege, ne post tam pa. 12. uers. 11. lege, appa=  
randa pa. 16. uer. 15. lege, quam si absq; schemate.

## F

pag. 1. uers. 9. lege, si pro eo quod. uer. 25. lege, ec=  
ce agni usus pa. 4. uer. 4. lege, suo uerbo (quod est  
unigenitus eius filius) habeat, uel charius. pa. 6. uers.  
2. lege, quid igitur eucharistia non est. pa. 7. uer. 4.  
lege, memor fiebat per illa pa. 8. uer. 13. lege, esto  
autem tunc de testamento pa. 12. uer. 3. lege, absce=  
dant uer. 24. lege, negenturq; aduenisse pa. 14. uer.  
21. lege, Nempe si te tanti uers. ultimo lege, ut hodie  
pleriq; qui nihil. pa. 15. uer. 2. lege, facta mortis Chri-

st. uer. 3. lege. in flore ecclesie uer. 10. lege, sermonem augustinorem. G

Pag. 1. uer. 9. lege, Theoreticos medicos uer. 23. lege, queat uer. 25. lege, per se non. pag. 4. uer. 11. lege, quippiam excogitare? pag. 8. uer. 1. lege, sub illis symbolis non edunt, audiunt, nisi uer. 12. lege, creditis. pa. 10. uer. 9. lege, responderim rogantib. qui busdam. H

Pag. 3. uer. 26. lege, in quotidianam conuiciorum.

I pa. 13. uer. 25. lege ueniam præfor.

K pa. 10. uer. 4. lege, suspecta. pa. 12. uer. 1. lege, potentibus uer. 26. lege, Sic Elias Ioan. dicitur uer. ulti. lege, & similia. Vocabulis quoq;. pa. 16. uer. 17. lege, in hac loquutione

L pag. 2. uer. 21. lege, collatio eorum nobis. uer. ulti. lege, suggerat. Nec errant. pa. 10. uer. 12. lege. esse expositionē. pa. 13. uer. 23. lege, illa actio esse nequit altera per quā. O pa. 5. uer. 2. lege, εἰδωλόδει

Christo. Froschouer Cand. Lect.

Non potuimus, Candide lector, maiori in hoc sancto libello excudendo, ut par fuisset, diligentia uti, ob instantē mercatū Franckfordiensem. Quo factū, ut forte quedam offendī errata possint non castigata, ea tu, uel me diocriter eruditus, tua industria facile resarcire potes. Autumamus n. nemine, nisi ualde importunū censore, nobis id male uertere, quū nō lucri, sed Reipub. Christiane gratia factū sit. Posthac castigationora dabimus. Vale.

Tiguri ex Aedibus nostris, & laborem nostrum boni consule.

רְחִיה בָּעֵץ שַׁחַול עַל פְּלָגִי מִים

Omnis plantatio quam non plantauit pater  
meus coelestis, eradicabitur.



Omnis arbor que non fert fructum  
bonum, excimidetur.